Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de .
Das PDF wurde erstellt am: 19.06.2024, 19:05 Uhr.

Henning Rennemann

# Explanatio Responsi insignis; qvod e Marciani libr. 2. R. J. in l. accipientis; 15. de auct. & cons. tut. & cur. relatum definitionibus illustrium aliqvot controversiarum commode inservit

[Erfurt]: Excusa prælo Hertziano, Anno MDCXXXII

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0001

Kl. K – 2 (140.)

39
24a

# EXPLANATIO

Reſponſi inſignis; qvod è Marciani libr. 2. R. J. in l. accipientis; 15. de auct. & conſ. tut. & cur. relatum definitionibus illuſtrium aliqvot controverſiarum commodè inſervit;

# D. F. G.

Sub præſidio

*Viri Ampliſſimi & Conſultiſſimi,*

**Dn. HENNINGI RENNEMANNI,**

Papæburg. Saxon. Brunſv. D. JCti, & Profesſoris Sen. Col. Sax. Decan. de Academia Erfurtinâ optimè meriti &c. Dn. Præceptoris, ac patroni ſui ſumma obſervantiâ jugiter colendi,

*In auditorio JCtorum,*

Ad diem Septembris,

*Publicæ disqviſitionis ergò propoſita*

ab

HIERONYMO Brückner.

*Excuſa prælo* Hertziano.

ANNO M. DC. XXXII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0003

# THESIS.

## I.

**Legitimam perſonam a] ſtandi in judicio non habentibus b] connumerantur pupilli. c]**

a] Qvâ deficiente judicium fundari neqvit; *arg. l. 1. C. qvi leg.*
1. *perſ. Bl. in l. cum debitoris; 7. in pr. C. de jud. Vant. de null. proc. t. de null. ex.*
*def. mand. n. 16.* cum ſemper prius de perſonâ, qvàm jure litigantis
2. qværatur; *arg. l. qvidam referunt; 14. in pr. v. eſſe enim debet; de J. C. §.*
*vlt. in fin. J. de J. N. G. & C. Fab. C. def. for. l. 3. t. 5. d. 1. n. 2. Chriſtin. dec.*
*153. n. 7. vol. 2. Mejer. in coll.* ϖ. *tom. pr. l. 5. t. 1. θ. 86.* b] Ex qvorum albo dum, præliminaris diſſertatiunculæ ergò, nonnullos perluſtrare juvat; en occurrunt; 1. PERPETVO FVRIOSVS;
3. *l. qviq; 4. in pr. de in jus voc. l. 2, § 3. junct. § 5. ſi qvis caut.* qvi, ob continuam mentis alienationem, intellectu; *l. D. Marcus; 14. in pr. de O. Præſ.* ſenſu; *l. ſi cum; 22. §. ſi maritus; 7. v. & illud; ſol. matr. l. ſancimus; 7. in pr. v. qvis enim; C. ad SC. Treb.* affectu; *l. 1 § hoc edicto; 6. ne vis fiat.* ac voluntate deſtitutus; *l. qvi ſervum; 47. de A. vel O. H. l. furioſi; 40. de R. J.* nullum negotium contrahere poteſt; *l. in negotiis; 5. eod. § furioſus; 8. J. de inutil. ſtipul.* ſed in omnibus, & per omnia, abſentis vel qvieſcentis; *l. ſi ei; 2. §. furioſus; 3. de J. C. l. ſed ſi; 17. §. filiofamilias; 11. de injur. l. vbi non voce; 124. §. 1. de R. J.* ignorantis; *l. ſi a furioſo; 12. de R. C. l. Julianus; 4. de divort. § ſui autem heredes fiunt; 3. J. de hered. qvæ ab. inteſt.* ac qvaſi mortui loco eſt; *l. qvi ad certum; 14. locat. l. 2. §. ſi pecuniam; 5. de donat. l. bonorum; 24. §. 1. rat. rem hab.* ſicq; damnum dans L. Aqvi-
4. liæ; *l. ſed etſi; 5 § & ideo; 2. ad L. Aqvil.* aut homicidium committens
L. C. de ſicar. pœnæ ſe haud alligat, ſed infelicitate fati excuſatur; *l. infans; 12. ad L. C. de ſicar. d. l. D. Marcus; l. pœna; 9. § ſane 2. de L. P. de parric.* nec capitalem fraudem admittere videtur; *l. cum autem; 23. §. excipitur*
5. *etiam; 2. de Æ. E.* Impuneq; fit, qvod per furorē ejus accidit; *l. 3. §. 1. de*
*injur. l. vlt. in fin. de A. & P. T. c. judicas; 3. qu. 9. c. aliqvos; 15. qu. 1. P. H. O. D. Carol. V. art. 150. in pr. ibi, Item ſo Leute tödten/ die jhre ſinne nicht*
*haben.* Imò cum nec torqveri, nec puniri poſſe, ratione delictorum,
6. ſani etiam adhuc mente, admiſſorum: nec ſi furor poſt condemnationem ſupervenerit; rectè tradunt *Clar. pr. crim. qu. 60. n. 7. Men. de A. J. Q. l. 2. cent. 4. caſ. 325. n. 12. Cœpoll. tr. caut. c. 2. n. 9. Molinæ. de J. & J. tom. 4.*

*tom. 4 diſp. 37. n. 4.* Diſſ. *Vaud. l. 2. qu. 7. n 2. Hænon. diſp. 2. ad d. l. 5.*
*qu. 1. de* R. *J.* Intermiſſum verò furorem habens tempore, qvo ſanio- 7.
ris ſenſus eſt, in judicio ſtare ac etiam judex eſſe poteſt; *l. cum furioſus;*
*39. in pr. de judic.* actusq; ab illo celebratus eo modo, qvo homo ſanæ
mentis eum faceret, pro valido habetur; *Boër. dec. 23. n 56. Farin. fragm.*
*crim. p. 1. t. fin. n. 331.* Talem fuiſſe nonnulli memorant ſententiam; 8.
qvâ olim ejusmodi homo Lutetiæ Pariſiorum pronunciavit, nil niſi
tinnitum denarij Turonenſis, ceu purum titivilitium, deberi cupedi-
nario petenti, vt ante thermopolium ſuum qviſpiam egenus panem
comedens pro ſvavitate odorum ex aſſis in illo carnibus, cum ma-
jori latrantis ſtomachi refectione, perceptorum precium perſolve-
ret. Catum ſiqvidem illa contra odorum venditorem pro famelico
paupere, mercem ejusmodi haud carius emturo, prolata Catonis ju-
dicium ſapit; *Panorm. in c. ad noſtram; n. 4. v. ſicut narrat; de conſvet.*
*Gryphiand. int. diſc. Acad. Arum. de J. P. d. 24. θ. 73. vol. 3.* Cæterum 9.
qvi furere cœpit, & dignitatem, in qvâ fuit, & magiſtratum & po-
teſtatem; ſicut & rei ſuæ dominium, retinet; *l. qvi furere; 20. de ſtat.*
*hom. l. nec mandante; 8. § 1. de tut. & cur.* Idq; multò magis procedit
qvoad eum, qvi haud qvidem furit, ſed tamen, ob ſtoliditatem qvam- 10.
piam, prudentiæ & conſiliorum defectum patitur. Stultorum varias
eſſe ſpecies ſatis arguit illud Plutarchi ab Eraſm. *chil. 3. cent. 10. adag 97.*
relatum *μανία γ᾽ ὀ πᾶσιν ὁμοία.* Centauro Dn. S. Br. magnâ plurimi 11.
invehuntur, qvi in mundo penè ſoli ſapientes & beati ſibi eſſe viden-
tur, ac interim ſua priſcis vocabulis tegunt errata, ſincerumq; vas
incruſtant; *Heig. part. poſt. qu. 38. n. 22.* Et nuſpiam plus dementiæ eſt, 12.
qvam in ſummâ ſapientiæ perſvaſione; *Keller. de O. juridp. l. 1. c. 4. p. 33.*
Multiq; tum maximè ſanos ſe eſſe arbitrantur, cum in R. P. guber-
nandî incurabili furore deſipiunt; *Bod. de R. P. in præfat. v. interdum*
*enim.* Tali etiam toties inficiuntur judicia, qvoties rimarum igno- 13.
rantiâ juris dehiſcentium, qvibus huc atq; illuc fœdè diffluunt, pleni,
Sambucam ſibi calonibꝰ aptari ſummopere deſudando, judicis offi-
cium intempeſtivè affectantes voti ſui compotes fiunt; *Tuld. de cauſ.*
*corrupt. jud, c. 2* atq; huic muneri tàm arduo, contra rectiſſimum Pho-
cylidis conſilium; *Imperitos viros judicare ſinas nunqvam;* **Pritz: vom**
**Ambt vnd eigenſchafft der Richter;** *tit. 2.* præficiuntur ſub qvocunq; præ-
textu, & qvidem maximo R.P. vitio; **N. 82, in fin pr.** homines anal-


phabeti

phabeti, LL. imperiti, idiotæ, bardi, ſtupidi, ad ſtivam & ligones nati,
mechanici, ruſtici; *M. Steph. l. 1. c. 5. n. 20. & ſeq de O. Jnd. Schiford. in
epiſt. prælim. l. 2. ad A. Fabr. Hoen. diſp. pol. 5. θ. 67.* operarum ſuarum lo-
catione non tam ſaluti communi, qvam ventri & genio conſulen-
tes, horis matutinis pro tribunali ſententiam promulgantes, a me-
ridie viliſſimis opificijs vnū atq; alterum ſolidum ſibi conqvirentes;
*Dn. Sibrand de vrb. Lubec. & Anſeat. nec nō Imp. civit. jur. publ. p. 1. ſect. 14. n. 74.*
14. qvilibetq; alij inſipientes & ſtolidi: die doch nichts deſto weniger wetten
dörfften/ das jhre Bawrenſchiede eben ſo gut/ als die von dem fürnembſten Kön.
Parl. zu Pariß ertheilte *arreſta*; oder vom H. R. Cammergericht zu Speyr
außgeſprochne beſcheid vnd vrtheile weren: prout illis totidem ferè verbis
hoc exprobrat W. Ant. *in coroll. 3. ex J. conſvet. poſt anal. de reſcript. mo-
rat.* graviter *cum H. Gôd in proceſ. jud. p. 1. rubr. 14. n. 12.* monens; qvod
15. tales judices ſint conſtituendi, qvi ſalem ſcientiæ & conſcientiæ ha-
bent: cum ſine hac ſint diabolici, ſine illâ inſipidi; *Cui. l. 23. O. vlt. Co-
raſ. l. 5. miſc. c. 19.* ac judicis ignorantia plerumq; calamitatem pariat
16. innocenti; *Auguſt. l. 19. de C. D. c. 6.* Imò haud pauci etiam ex ijs, qvi
nobilioribus legitimæ ſcientiæ exercitiis omne ferè ſuum tempus te-
runt, cum bono Homero aliqvando dormitantes veritatem compro-
bant diverbij οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός. Atq; mortalium
17. nemo ad eam abſolutionem pervenit, qvi non obnoxiè aliqvando res
ſuas gerat; eumq;, qvi in omnibus prudentiæ ſuæ fidit, haud omnia
irreprehenſibiliter facere ſinit Deus: *N. Leon. 39. in pr.* Qvibus adſti-
18. pulatur illud Comici *in mil. glorioſ. act. 3. ſcen. 3.* Nemo ſolus ſatis ſapit.
His ſimilia in medium conferens Principis cujusdam potentiſſimi
19. Vicecancellarius ſemina litis a Canonico lingvæ infrenis in cujusdā
LL. Licentiati ingenium calidius atq; ad intentandam injuriarum a-
ctionem maximè pronum eâ ratione projecta, qvod ille hunc facie
morionem magis qvam Jctum repræſentare in pleno comprandenti-
um conſiliariorum conſeſſu eructâſſet, ocyſſimè ac in herbâ adhuc
20. ſuffocavit; *Dauth. t. qvi teſt. fac. poſſ. n. 220. p. 260. in gl. marg.* Et non
immeritò veretur P. Gregor. *in ſynt. J. V. l. 12. c. 5. n. 12.* ne, ſi omni-
bus, qvi, qvamvis in numero ſtultorum ſint, nihilominus ſapientiæ
opinione turgent, magiſtratum dare curatores oporteret, pauci fo-
rent, qvi tali munere fungi poſſent. De laborantibus melancholiâ in
21. ſummo gradu conſtitutâ qvid dicendum? Sane nec hæc facit, vt ho-

mines perpetuô inſaniant; ideoq; eos a judicio excludere neqvit;
*Heig. d. q. 38. n. 50. & ſeq.* vbi etiam notat, infanticidæ melancholiâ tali
affectæ ordinariam *L. P. de paric.* pœnam remiſſam fuiſſe. II. PRO-
DIGVS; *Specul. l. 1. p. 2. rubr. de act. n. 11.* Hujus ingenium a JCtis qvi- 22.
busdam ita depingitur; qvod qvamvis ex ſermonibus mentis ſuæ eſ-
ſe videatur; attamen qvod ad bona ipſius pertinet, furioſum faciat
exitum; *l. his qvi; 12. §. D. Pius; 2. de tut. & cur.* eaq;, cum tanqvam libi- 23.
dinum omnium vitiorũq; ſervus; *l. fin. §. 2. C. de ſent. paſſ.* neq; tempus
neq; finem expenſarũ habeat; dilacerando & diſſipando profundat;
*l. 1. in pr. de curat. fur.* Der ein vnnützer verſchwender ſeiner güter iſt; *Her. de
fidei. c. 7. n. 137.* alles was jhm von ſeinen voreltern zu erhaltung ſeines lebens
gelaſſen/ vnd er von anderen auff guten glauben auff ſich genommen/ zuverpraſ-
ſen/ zuverzehren vnd zuverthun; *Arum. diſc. Acad. 4. concl. 1. v. qvartò deno-
tat; vol. 3.* darnach die gläubiger zuenterben pflegt; *Vent. de Valent. in parthen.
litig. l. 1. c. 13. n. 14.* ideoq; furioſi loco habetur; *l. Fulcinius; 7. §. planè;
11. junct. §. ſeq. qvib. ex cauſ. in poſ.* Cui qvidem bonis lege interdictum
eſt; *l. 1. de curat. fur. l. is cui 18. qvi teſt. fac. l. mutum; 5. §. 1. de A. vel O. H.* 24.
vt decretum magiſtratus neceſſarium non ſit: attamen id pro majo-
ri cautelâ & onere probationis ſublevando haud invtiliter interponi-
tur; *l. Julianus; 10. in pr. de cur. fur. l. ſi ab eo; 12. de vſurpat. l. 3. C. de in in-
tegr. reſt. Don. in l. is cui bonis; 6. de V. O. Fach. 2. contr. c. 63. Dn Præſ. part. 1.
Juriſpr. Juſtin. diſp. 10. θ. 39. lit. a.* Aliter *Arn. de Reyger diſp. 1. Pr. jud. θ. 52.
lit. b. Merend. contr. J. l. 1. c. 27. Neld. ad d. l. furioſi; 40. in fin. de R. J. Ric-
mer. decad. 3. qu. 10. Gœhauſ. per. Acad. p. 1. per. 5. qu. 38.* Geſta autem 25.
ab eo tali modo, ut in ijs prodigi mores non conſpiciantur, omninò
firma manent; *l. cui bonis; 3. de novat. d. N. Leon. 39.* In feudis qvoqve 26.
ille ſuccedere poteſt; *Vult. l. 1. de feud. c. 9. n. 63. in fin. Gothofr. Ant. diſp.
feud. 6. θ. 10. lit. a.* ſed facultate feudum noviter concedendi; *Roſenth. de
feud. c. 3. concl. 18. n. 1.* vel etiam antiqvũ per ſe renovandi caret; *Arum.
diſp. feud. 3. θ. 23.* Diſſ. *Hotom. in diſp. feud. c. 13.* Illud notatu dignum 27.
hîc adjicitur, qvod privilegium moratorium denegetur mercatori-
bus, qvos prodigalitas pondere contracti æris alieni opprimens ad
incitas redigit; die mit jhrem vbermäſſigen pracht/ vnordentlichem weſen vnd
leben in abnehmen vnd verderben kommen/ auffſtehen/ außtreten vnd ſich in an-
dere Herrſchafften begeben/ *R. G. P. de anno 1548. tit.* Von verdorbnen Kauff-
leuten; §. vnd nach dem/ *& de anno 1577. tit. eod* § Wenn auch: Poſſunt

28. tamen ejusmodi decoctoribus ipſimet creditores, vel etiam major
eorum pars, inducias ſolutionis licitè concedere; Strach. de de-
coct p. 6 n. 10. Dn. Finckelth. diſp. de morat. reſcript. qu. 18. in all. ad lit. b.
VVeinman de dilat. θ. 26. int. diſp. Baſil. vol. 7. Val. Heſs. in diſſ. polit. jurid. θ 39.
29. VV. Anton. in d. tr. concl. 23. n. 15. III. MVTVS ET SVRDVS; Specul.
d. n. 11. ita comparatus, vt nihil intelligat; l. ſervo invito; 65. §. ſi pupil-
lo; 3. in fin ad SC. Treb. ſed mortuo ſimilis ſit; l. jubemus; 29. in pr. C. de
teſtam. Aliud vero dicendum erit de eo, qvi integrum intellectum
habet. Sæpe enim defectum vocis & auditus ſupplet ingenium;
30. Molina l. 1. de Hiſpan. primog. c. 14. n. 64. cum natura, qvod in vno adi-
mit, in altero largè compenſare ſoleat; Cic. libr. 5. Tuſcul. Muti cujus-
dam, in qvo ſingularia perſpicacis ingenij bona ac dona emicuerunt
31. meminit Br. in l. 1. in pr n. 7. de V. O. In oppido Valiſoletano qvempiam
tali defectu laborantem ſe noviſſe recenſet Vaſqu, de ſucc. progreſſ. l. 1.
§. 1. n. 122. qvi omnes ferè concives ſuos luſu chartaceo vicerit, & de
nuncijs vndecunqve relatis per ſigna alios rectè docere potuerit.
Alia exempla ἀξιομνημόνευτα conferunt Camer. l. 1. hor. ſuccis. c. 37.
32. p. 161. Richt. axiom. oeconom. 18. Ex jure item conſtat, qvod mutus &
ſurdus per eum modum, qvi procedere poteſt, procuratorem dare;
l. mutus & ſurdus; 43. in pr. de procur. donare; l. qvi id qvod. 33. §. mutus &
ſurdus; 2. de donat. bona in feudum concedere; Seyſ. ſpec. feud. tit. qvi
feud. dar. poſſ. p. 3. ampl. 3. v. Idem etiam dicit; in qvibuscunq; negotijs,
vbi ſermone opus non eſt, intervenire; l. in qvibuscunq; 48. de O. & A.
d. l. ubi non voce; 124. de R. J. coram chartularijs judicibus nutu ne-
gotia ſua expedire; O. N. C. de anno 1512. §. Es mag auch ein Notarius;
atq; teſtis productus per ſigna interrogari & reſpondere non prohi-
beatur; Rulant. part. 2 de comm. l. 2 c. 16. Diſſ. V ant. d. c n 25. Vmm. diſp.
ad proceſſ. 1. θ 4. n. 21 qvi mutos & ſurdos etiam optimè intelligentes
qvid agant, in judicio ſtare haud poſſe aſſerunt. Cœcus judicandi
33. munere fungitur; l. cœcus; 6. de jud. niſi ocularem inſpectionem cauſa
deſideret; vt ſi de finibus agatur; l. ſi in ruptione; 8. in fin F. R. aut col-
latio ſcripturarum neceſſaria ſit; l. vbi falſi; 22. C. ad L. C. de falſ. Diſſ.
Joh. Rob. l. 1. ſent. jur. c. 23. Ac retinet ille qvidem jam cœptum ma-
34. giſtratum, adſpirare autem ad novum prohibetur; l. 1. §. ſecundo lo-
co; 5. in fin. de poſt. l. infamia; 8. C. de decur. A ſucceſſione majoratus
haud repellitur; Molina d. c. 3. n. 65. dignitatemq; in eo retinet; admi-
niſtra-

niſtrationem vero alij concedere tenetur; *Maſtril. de magiſt. l. 2. c. 10. n. 13.* Idem *d. c. n. 17. & ſeqq.* notat, excuſationem ejus, qvem in mu- 35.
nere publico conſtitutum talis caſus obruit, admitti, ne invitus amplius eo fungi teneatur: minimè vero illum compelli poſſe, vt officio cedat, ſed, ſi neceſſitas ita flagitet, coadjutorem dari debere. Iniqvum ſiqvidem eſt, vt is, qvi in munere digniori conſenuerit, ob ſupervenientem infirmitatem, vel etiam ſenectutem, ab eodem remotus ſalario privetur; *arg. l. Lucius; 11. in pr. ibi; veteranis in præmia aſſignatas; de evict. c. qvamvis ſit triſte; 7. qu. 1. Speckhan. cent. 2. clas. 1. qu. 10. n. 2. Beſold. in diſſert. de ſtud. Mag. &c. c. 9. n. 107.* Cœcus natus de his, qvæ 36.
aliis ſenſibus percepit, ille vero, qvi caſu cœcus eſt factus, de omnibus in ſenſus cadentibus indifferenter, de ijs etiam, qvæ ante cœcitatem obtingentem vidit, teſtari poteſt; *arg. d. O. N. C. §.* **Die Notarien ſollen ſich auch hüten;** *ibi,* **aber der anderen ſinne halben/ als mit koſten/ taſten/ riechen oder ſchmecken;** *Alber. de Malet. tr. de teſtib. c. 5. n. 36. Aufrer. l. 2. de teſt. n. 16. Farinac. de oppos. contr. perſ. teſt. l. 2. tit. 6. qu. 61. n. 24. & ſeqq.*
IV. FILIUSFAMILIAS; *l. vlt. in fin. pr. v. neceſſitate; C. de bon. qvæ lib. c. qvi generaliter; de procur. in 6.* Peculij autem caſtrenſis vel qvaſi; be- 37.
neficialium item, aliarumve ſpiritualium cauſarum, nomine in judicio ſtare non prohibetur; cum in ijs vice patrisfamilias fungatur; *l. 2. ad SC. Maced. l. fin. §. 1. v. in pluribus; C. eod. l. Imperator; 50. ad SC. Treb. l. 4. §. 1. de caſtr. pec. c. fin. de judic. in 6.* atq; ejusmodi cauſarum ratione ipſum etiam patrem, cum qvo alias agere prohibetur; *l. lis nulla; 4. de judic. l. actiones; 7. de O. & A.* convenire qveat; *l. ſi qvis; 52. §. an autem; 6. de furt. Don. 17. com. J. C. 4. pag. 9. Vmm. d. 6. 4. n. 28.* De ad- 38.
ventitijs pleno jure acqviſitis experiri etiam illi permittitur; *H. Piſt. l. 4. qu. 11. n. 8.* cum aliâs, ſi pater vſumfructum in ijs habeat, non niſi eo conſentiente actionem intentare poſſit; *Afflict. dec. 180. n. 3.* Tutorio qvoq; nomine illi hoc facere, patremq; ipſum etiam ſine veniâ in jus vocare licet; *arg. l. qvæſitum; 16. de in jus voc. gl. & Br. in d. v. neceſſitate; n. 6. C. de bon. qvæ liber. Gilm. l. 2. rer. jud. dec. 46. num. 12.* Alij item caſus, in qvibus filiusfamilias perſonam ſtandi in judicio ha- 39.
bet, exprimuntur in *l. filiusfamilias; 8. in pr. de procur. l. exigendi; 12. C. eod. l. ſi longius; 18. §. 1. de judic. l. filiusfamilias; 9. de O. & A. l. inter liberas 6. §. 1. ad L. J. de adult.* V. SERVUS. Qvamvis enim & hic ſuum ſtatum; 
*l. ſi ignorans; 3. C. ſol. matr. l. non mutant; 11. C. de liber. cauſ.* & perſonâ; 40.

*l. qvi*

*l. qvi ſervum; 20. in pr. de interrog. l. ſi pupillus; 21. in fin. ad L. Falc. l. ſtipula-
tio; 38. §. hæc qvoq; 7. l. ſi ſtipulatus; 76. in pr. de V. O. l. poteſtatis; 215. de
V. S.* uti contra Vult. *ad §. 1. n. 2. J. de jur. perſ.* defendit Gœhaus. *per. l.
qu. Acad. 6.* ſervilem nempe; *l. in perſonam; 22. de R. J.* caputq; ſervile
habeat; *l. liberos; 3. de cap. min.* attamen, qvod attinet ad jus civile, ex
qvo actiones compoſitæ ſunt, *l. 2. §. deinde ex his LL; 6. de O. J.* pro nul-
lo habetur; *l. qvod attinet; 32. de R. J.* mortuo adſimilatur; *l. cum hic ſta-
tus; 32. §. ſi donator; 6. de donat. int. vir. & vx. l. intercidit; 59. in fin. de con-
dit. & demonſtr. l. ſervitutem; 209. de R. J.* nullumq; jus habet; *d. l. 3. in fin.*
Cujus regulæ exceptiones nonnullæ traduntur *in l. vix certis; 53. de jud.*
41. *l. 1. C. de prec. Imp. offer. l. 1. C. de qvæſt. l. 1. C. ſi per vim.* VI. MONACHVS;
cum mundo mortuus eſſe ac Deo vivere, atq; a foro, in qvo cauſarũ
cognitio, conventiones, actus judiciales, publica litigia atq; alia fieri
ſolent, qvæ profeſſioni ejus adverſantur, abſtinere debeat; *c. nullus
monachus; 2. qu. 7. c. de præſentium; c. ſunt nonnulli; 16. qu. 1.* Monaſterij
autem negotia abbatis licentiâ licitè coram judice tractare; *c. mona-
chi a monaſterio; d. qu. 1. c. pen. de poſt. Socin. ſen. ad c. cum olim; 2. n. 7. de
privil.* in cauſâ monaſterij teſtimonium perhibere; *c. tertio loco; de pro-
bat.* ipſum abbatem, & qvidem monaſterij ſumtibus, accuſare poteſt;
*c. 3. & c. ex parte; 11. de accuſ. P. Gregor. in part. jur. Can. l. 5. tit. 9. c. 3. gl.
y. & c. 5. gl. a. Chokier. in tr. de jurisd. Ordin. in exemt. p. 4. qu. 73. n. 1.*
42. VII. BANNITVS; qvem S. J. ratione hoſtem judicatum; *l. amiſſione; 5.
§. 1. de cap. min.* tanqvam actorem forum illius amplius non audit; *l. ſi
qvi reus; 5. §. 1. in fin. de publ. jud. c. felicis recordationis; ibi, nullus reſpondere
in judicio teneatur; de pœn. in 6. P. P. J. de anno 1548. tit.* die Poen der Fried-
brecher *§. 1. vs.* darzu auch; *O. C. J. p. 2. t. 9. §. 2. ibi,* darzu alle verſchreibungen/
pflicht vnd bündnüß jhm zuſtehend vnd darauff ſie ſpruch vnd forderung haben
mögten/ gegen den jenigen/ die jhnen verhafftet weren/ ab- vnd todt ſein ſollen:
adeò vt etiam litem, qvam antea cœpit, continuare neqveat; *Geil.*
43. *l. 2. de P. P. c. 12. n. 11. Zang. de except. p. 2. c. 8. n. 9.* Tanqvam reus verò
ad illud citatus comparere tenetur; cum judicium reddatur in invi-
tum; *l. inter ſtipulantem; 83. §. 1. in fin. de V. O.* atq; legitimis remediis ſe
defendere poteſt; *arg. l. 4. in fin. de reqvir. vel abſ. damn. l. unius; 18. §.
cogniturum; 9. de qvæſt. Clem. paſtoralis; §. cæterum; pen. de ſent. & re jud.
VValbaum de jurisd. C. J. concl. 8. lit. b. Dn. Erneſt. Gothofr. Nörinb. in diſp.*
44 *inaug. de Ban. imp. θ. 7. lit. c.* IIX. EXCOMMVNICATVS; *c. exceptio-
nem; de except. c. decernimus; de ſent. excom. in 6.* Illi autem, qvi nulliter

ſe ban-

ſe bannitos vel excommunicatos fuiſſe legitimo modo probare co-
nantur, pendente lite à foro arcendi non ſunt; *arg. l. furti; 6. §. 1. de his
qvi not. infam. l. vn. §. fin. nih. innov. Becht. de ſecur. θ. 119. v. qvintò, int. diſſ.
Baſil. vol. 2.* IX. INFAMIS; nempe ne actione famosâ contra emen- 45.
datioris vitæ hominem experiri; *l. non debet; 11. de dol. mal.* neve accu-
ſare qveat; *l. is qvi judicio; 4. l. qvi accuſare; 8. de accuſ. c. pen. 3. qu. 4. c.
conſtituimus; ead. qu. 5.* Aliâs autem ab actionis exercitio is haud ex-
cluditur; *c. infames; 3. qu. 7.* Qvamvis enim ei portæ dignitatum non 46
pateant; *c. vbi; 3. §. qvod ſi; de elect. in 6, c. pen. de R. J. eod.* omnisq; ho-
nos auferatur; *d. l. infamia; 8. C. de decur. l. judices; 12. C. de dignit.* atta-
men a judicio & juſtitiâ obtinendâ arceri neqvit; niſi tale perpetraſ-
ſet crimen, qvod ſui naturâ repelleret, vel infamia eſſet maxima; *Fre-
her. de infam. l. 3. c. 24 n. 8,* Hac occaſione qværitur, an Judæi inter 47.
notatos infamiâ juris referantur? Affirmativam reſponſionem ſva-
dere videtur *auth. Gazaros; ibi, circumciſos perpetua damnamus infamiâ; C.
de hæret. d.* R. G. P. *de anno 1530. c.* von der Jůdenkleidung. §. deßgleichen;
vbi clavo ſeu annulo in veſte flavo & conſpicuo ab alijs diſtingvi
jubentur. Verum *d. auth.* haud de Judæis, ſed aliis circumciſis, loqvi-
tur; nempe ijs, qvi à Chriſtianorum ritibus defectione factâ ad im-
pios Judæorum mores & placita ſe contulerunt; *N. Leon. 55. in fin.*
Qvemadmodum enim Judæis circumcidere filios ſuos permittitur: 48.
ita in non ejusdem religionis, qvi hoc fecerit, caſtrantis pœna irro-
gatur; *l. circumcidere; 11. ad L. C. de ſic. N. 37.* atq; Judæi bonorum pro-
ſcriptione & perpetuo exilio damnantur, ſi noſtræ fidei hominem
circumcidiſſe eos vel circumcidendum mandaſſe conſtiterit; *l. Ju-
dæi; 16. C. de Judæ.* Ipſos etiam, qvi ita ſe circumcidi voluerunt, *d.* 49
*auth.* pœna non immeritò manet. Cujus comminatione impio qvo-
rundam populorũ mori Imp. antevertere voluit; qvi qvamvis Ebræi
non ſint, tamen circumciſionem receperunt. Inter qvos numeran-
tur Colchi, Ægyptij, Phœnices, Saraceni ac Turcæ; *Züing. in theatr. h.
vit. vol. 17. l. 3. p. 314. col. 2.* Ex ipsâ etiam Apoſtolorum ſcholâ ſtatim 50.
prodibant docentes circumciſionem necesſariò ad ſalutem reqviri;
*Act. 15. v. 24.* Qvorum hæreſis latè poſtea propagata fuit, ejusq; aſſe-
clas d. ſanctio ferit. Sed & clavi illius geſtatio hunc effectum haud 51.
habet, vt eum geſtare juſſos, qvorum majores clavis ſanctisſimas
Servatoris noſtri manus ac pedes perforari curârunt, infamia juris

notet; *Gratian. tom. 5. diſcept. forenſ. c. 845. n. 8. Hunn. in diſp. de Judæ. th. 32.*
Peculiaris qvidam illius finis exprimitur in *c. in nonnullis; de Judæ.* Diſſ.
52. *Stam. de ſervit. perſon. l. 1. t. 5. c. 1. n. 12.* Communionem qvoq; juris ci-
vilis vtplurimum Judæi habent; *Mynſ. cent. 5. O. 6. Everh. Jun. conſ. 36.
n. 5. vol. 1.* Indeq; fit, vt immunitas conceſſa incolis alicujus loci por-
rigatur etiam ad illos ibi habitantes; *Trent. l. 1. reſ. 3. de LL. & conſt. n.
6. A. Maſc. de ſtat. interpr. concl. 6. n. 211.* eos ſocios includat ſalvus con-
ductus alicui pro ſe & ſocijs datus; *Boer. dec. 179. n. 6.* ijsdem fortunæ
53. injuriâ ad inopiã redactis reſcripta moratoria concedantur; *VV. Ant.
d. tr. concl. 19.* qvodq; non ſolum cum ſui ſimilibus, ſed etiam Chriſti-
anis, contrahere; *arg. l. nemo; 9. C. de Judæ.* atq; pro his fidejubere
poſſint; *Her. de fidei. c. 8. n. 116. & ſequ.* **Vnd ſeind jhnen auffrichtige handthie-
rungen vnd commercien in den offenen freyen meſſen vnd jahrmärckten zuge-
laſſen;** *R. A. de anno 1551. §.* **dieſem zubegegnen;** *vſ.* **vnd doch ſollen die Jüden.**
54. Aſt cum Chriſtianos in fraudem pellicere, eorumq; facultates, ceu
alterum ſangvinem; *gl. in l. Advocati; 14. in vb. vitam; C. de A. D. judic.
Afflict. dec. 24. n. 4.* miris artibus exugere illi ſtudeant; *c. qvanto; de vſur.
Becht. d. diſp. th. 95.* ideò magiſtratui, ſub qvo degunt, ſeverè injungitur,
ſummo ſtudio cavere, ne enormibus vſuris, ſyngraphis vetitis, fide-
juſſionibus, pignoribus, anatocismis menſtruis, aliisve fraudibus
proprios peræqve, alienosve ſubditos, opprimant, vtq; abſtineant
ab emtione rerum furtivarum, eas emtas dominis, citra diſpendiũ,
reſtituant; vel, ſi dolo malo eas alienaverint, precium renumerent;
*d.* **R. G. P.** *de anno 1540. & de anno 1577. d. c.* **von Jüden vnd jhrem wucher.**
Syngraphas item non, niſi coram Chriſtianorum, qvibuscum con-
55. trahunt, magiſtratu conficere, ſuasq; adverſus illos actiones Chriſtia-
no nulla ex causâ cedere licitè poſſunt; ſed contra prohibitionem
ceſſas amittunt, atq; ejusmodi ceſſiones nulli magiſtratui, notario
aut ſcribæ conficere licet: alioqvi de officio & honoribus deijci, cæ-
teri idem auſuri carcere & alijs modis puniri debent; *d. §.* **dieſem zube-
gegnen;** *& §. ſeq. Denais. in J. C. tit. 150. n. 7. & ſeq.* Regulariter qvoqve
Judæi in R. J. degentes LL. Romanorum reguntur ac judicantur;
*l. Judæi; 8. C. de Judæ. T. Mich. de jurisd. concl. 48. lit. b. Meisn. philoſ. ſobr.
p. 3. ſect. 2. q. 4. n. 2. in pr. v. generalis lex; Grüber. in corol. diſcurſ. de peregr.
ſtud.* Diſſ. *Curt. in enar. c. cum tanto; ſect. 9 n. 44. de conſvet.* exiſtimans
ſemper in eorum cauſis decidendis jus Moſaicum attendi debere.

Juxta

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0012

Juxta hujus diſpoſitionem tamen ſucceſsiones ab inteſtato ijs defe- 56.
runtur; *Schn. ad pr. J. de her. quæ ab int. n. 9. Speckhan cent. 2. d. 1. qu. 16.*
*VVehn. in pr. Obſ. vſ.* Juden; Diſſ. *Hunn. d. diſp. 6. 155.* Idem etiam,
ſi ipſimet inter ſe litigent, judex attendere poteſt; *arg. l. Judæos; in fin.*
*C. de Judæ. l. 2. in fin. C. de conſt. pec. c. conſuluit, 7. de Judæ.* Qvod Rota
Rom. in causâ prælationis *20. Novemb. anno 1609.* ita obſervavit; *Farin.*
*l. 2. dec. crim. 315.* Secus verò ſe res habet, ſi jure communi, qvoad per- 57.
ſonas eorum aliter ſit diſpoſitum; prout caſum habemus in *l. nemo;*
*7. C. d. t.* Id qvoq; peculiare eſt, qvod Judæus reus forum actoris Chri- 58.
ſtiani ſeqvi teneatur; *l. ſi qva; 15. vbi Salic. & Gotofr. lit. c. C. d. tit. Rein-*
*king. de R. S. l. 2. cl. 2. c. 3. n. 11.* Sed & carnifices ægre ferunt, qvod i- 59.
pſosmet, aliosve cum ijs converſantes, vulgus pro infamibus habere
ſatagit; ideoq; vnus alterve ex illis conſilium ſapientum reqviſivit,
qvid vigore juris hâc de vulgari opinione ſentiendum eſſet? Ortum
ac incrementum ea procul dubio inde habet, qvod tale munus vbiq; 60.
fere gentium ſordidisſimū habetur, eiq; ſæpius homines ſcelerati ac
facinoroſi præfecti fuerint; Siebenthal *colleg. polit. exercit. 12. qu. 12.*
qvorum oblationes ab Eccleſiâ recipi expreſsè prohibitum fuit; *Clem.*
*Rom. l. 4. conſt. Apoſtol. c. 6. P. Gregor. in partit. jur. Can. l. 1. tit. 13. c. 4. in gl. n.*
More apud qvosdam recepto vnus è pluribus reis capitalis delicti o- 61.
lim hac lege abſolvebatur, ut aliis ſuppliciū inferret. Qvam conſve-
tudinem juri adverſari notat Ziritz. *ad conſt. crimin. Caroli V. c. 97.* Pla-
nè ea occaſione qvondam horrendo admodum modo Gandavi ma- 62.
leficus filius correi parentis jugulum intrepidè petijt; *Bod. de R. P. l. 3.*
*n. 261.* Poſſeq; à judice vilem perſonam cogi, vt ſit carnifex oppidi,
ad tempus; aut in perpetuum; tradunt *Br. in l. fin §. Titius; in fin. de pig-*
*nor. act. & in l. 2. n. 10. de publ. jud. Clar. §. fin. qu. 99. n. 4. Bajard. in ad-*
*dit. n. 5. Dn. Theod. in coll. crim. diſp. 10. 6. 5. lit. 9. in med.* In odio qvoqve 63.
plurimis ſunt, qvi exeqvuntur mortis, etiam meritæ, ſupplicium, cum
naturalis communis ſanguinis cognatio alterius hominis interitum
condoleat; *arg. l. vt vim; 7. de J. & J. Beſold. de trib. domeſt. ſociet. ſpecieb.*
*p. 106. n. 4.* Plebs itaq;, in qvâ plerumq; multi ſunt, qvi, ob conſciam 64.
ſcelerum mentem, pœnam ab his infligendam metuunt; *Finck. cent. 4.*
*can. Theol. 30.* refugiens deſtructorum naturæ conſortium; locumq;,
vbi ſint, funeſtum arbitrans, de levi causâ qvâlibet, occaſione arrep-
tâ, in carnifices inſurgit; præſertim, ſi primo ictu maleficorum ca-

pita non amputent, aut aliter in officio aberrent; *P. Gregor. in d. ſynt. l. 3. c. 38. n. 7.* Cui malo mori vt antevertatur, ſalvo conductu magi-
65. ſtratus illis proſpicere; *d.* 𝔓. 𝔋. 𝔒. *a. 97. Becht. d. diſp. θ. 198. v. qvò etiam referenda ſunt; Ziritz. d. c. 97.* eumq; violantes ſeverè punire ſolent. Ac
66. primis qvidem auctoribus, gladij; cœteris autem complicibus, qvi auxilium, non tamen ipſi delicto, ſeu homicidio proximum, præſti-terint; relegationis, aliamve pœnam arbitrariam, irrogandam eſſe Scabini Magdeburgenſes reſponderunt. Electorales vero Lipſien-ſes & JCti Jenenſes tali in caſu fuſtigationem publicam; Helmſtadi-enſes relegationem tantum perpetuam dictandam eſſe ſtatuerunt; *Aleman. conſ. 19. p. 945. 965. & ſequ.* Per LL. cenſorias carnifici domum
67. in vrbe habere haud licuit; *Cic. pro Rabir.* ſed qvæpiam extra portam Metiam, ſive Eſqvilinam; *Lipſ. l. 2. ad Tacit.* prope ſolemnem ſuppliciis locum deſtinata fuit; *Taubm. in com. Plaut. de mil. glor. a. 2. ſc. 4. n. 6. & in Pſeudol. a. 1. ſc. 3. n. 97.* Gracchus acerbiſſimâ prius morte millies perire
68. exoptavit, qvàm vt in ejus concione carnifex conſiſteret; *J. Cæſ. Bu-leng. de J. R. l. 6. c. 23.* Hodiè conceſſæ illis ædiculæ, ſive intra ſive ex-
69. tra oppidorum mœnia ſint, ſolent plerumq; à civium & incolarum domibus vndiq; ſegregari. Qvi mos, nec non publica S. J. lex magi-ſtratui cujuslibet loci ſeverè injungens, vt à carnificibus talem veſti-
70. tum geſtari curet, qvo ab aliis facile dignoſci poſſint; *d.* 𝔑. 𝔊. 𝔓. *de anno 1530. tit.* 𝔳𝔬𝔫 𝔑𝔞𝔠𝔥𝔯𝔦𝔠𝔥𝔱𝔢𝔯𝔫/ ſatis arguunt, tantò magis illorum conſortium ab honeſtis viris vitandum eſſe. Dicta qvoq; 𝔑. 𝔊. 𝔓. *de anno 1548. c. 37. in pr.* textorum, tonſorum, opilionum, molitorum,
71. publicanorum, tubicinum, tibicinumq; & balneatorum liberos, ſi a-liàs honeſtorum natalium vitæq; probæ ſint, à cæterorum opificum conſortiis & tribubus excludi prohibens carnifices omittit: qvorum, ſi ab infamiæ notâ immunes eſſe deberent, mentio vtiq; magis neceſ-ſaria fuiſſet. Præterea plerumq; peſſimam vitam ij degunt, adeoq;
72. pravis actionibus magis ſibi honeſtorum conflant odium; *Hoen. diſp. polit. 5. θ. 51. in fin. Heider. in ſyſt. phil. polit. c. 2. tit. an carnifices.* Qvibus nonnunqvam ingens accedit immanitas, qvâ ſtudiosè etiam in ve-ſtitu, inceſſu, geſtu ac facie atroces & truces videri volunt, adqve ſupplicium ductos crudeliter tractant, rapiunt & mactant: non ſe-cus ac ſi beluam conficerent; magisq; tyrannicis affectibus, qvàm juſtitiæ mandatrici, inſerviunt; *Damhoud. in pr. crim. c. 152. n. 5.* Per

ſe au-

ſe autem munus illorum minimè inhoneſtum eſt, neq; infames reddit; 73.
*Arniſæ: l. 1. doctr. polit. c. 12. Gerhard. loc. de magiſt. n. 308. Kornm. de mirac. mortuor. c. 19.* ſed & ſuo modo publicam vtilitatem concernit; *Vaſqu. l. 1. contr. illuſtr. c. 8. n. 6. Nold. de ſtat. nob. c. 16. n. 117.* Non fruſtrà ſiqvidem ſunt inſtituta, poteſtas regis & cognitoris jus, *vngulæ carnificis*, arma militis, diſciplina dominantis, ſeveritas boni patris. Habent omnia iſta modos ſuos, cauſas, rationes, vtilitates. Hæc cum timentur, & mali coërcentur, & qvietius inter malos vivunt boni; *D. Hieron. in epiſt. 54. ad Macedon. c. non fruſtrà; 23. qu. 5.* Pertinent enim ad miniſterium LL. *c. homicidas; ead.* imò ipſius Dei, juxta illud D. Pauli *ad Rom. 13. v. 4. c. qvi malos; c. cum homo; ead.* Ebræis ad mortem dam- 74
natos publicè jugulare honeſtum ac glorioſum fuit; *Zvving. in d. theatr. vol. 20. l. 2. p. 3669. col. 2. Finck. d. l.* Idq; nonnunqvam effectui dabat totus populus, nimirum qvando lapidibus rei eſſent obruendi; teſti- 75.
bus ſupplicij facientibus initium; *Lev. 24. v. 14. Deut. 13. v. 9. c. 17. v. 7. Joſ. 7. v. 26. Act. 7. v. 58. & ſeq.* Interdum ipſemet princeps hoc expediebat; prout Gideonis Midianitarum R. R. Sebah & Zalmuna ma- 76.
ctantis; cum filius Jether à patre juſſus hoc facere detrectaret; *Jud. 8. v. 21.* ac Samuelis Agagum R. in minutas partes ſecantis exemplis docetur; *1. Sam. 15. v. 33.* Aliqvando etiam honeſti principis miniſtri 77.
illud munus obibant. Sic Saul ſatellites ſuos jubebat ſacerdotes è medio tollere; *1. Sam. 21. v. 17.* ijsq; hoc facere recuſantibus, Doëg Idumæus, ſummus rei pecuariæ præfectus, à R. juſſus illorum octoginta qvinq; linteo Ephod veſtitos vnâ die trucidabat. Mandato item R. Davidis vnus è pueris ejus Amaleciten qvendam, ſe regicidium in Saule admiſiſſe comminiſcentem percuſſit; *2. Sam. 1. v. 15.* Similiter pueri illius, Rechab & Beana, qvi Isboſeth filium Saulis in domo propriâ dormientem ſuſtulerant, occidunt, præciſisqve manibus & pedibus, ſuper piſcinâ ſuſpendunt; *2. Sam. 4. v. vlt.* More Roma-
norum non modò per carnificem lictoresve, ſed ſæpius etiam mili- 78.
tes, ex principis aut ſenatus auctoritate, ſupplicia inferri ſolita legimus. Ab ijs item Romæ in carcere enectorum corpora vncis ad gradus & ſcalas Gemonias vtplurimum; indeqve in Tyberim protrahebantur. Eadem nonnunqvam humanitatis intuitu ſepulturæ honore affici receptum fuit; eo tamen à Principe Romæ aut à magiſtratibus in provincijs impetrato; *P. Fab. l. 2. ſemeſtr. c. 9. in pr.* Cujus poſteri-

oris modi exemplum qvoad Servatorem noſtrum in ſacro codice habemus, cum milites prætoriani cruci eum affixiſſent; *Matth. 27. v. 35. junct. v. 57. & seqq. Marc. 15. v. 24. & 42. Luc. 23. v. 33. & 50. Joh. 19. v. 23. &*
79. *38.* Multoties etiam adhuc hodiê militibus injungitur, vt ipſimet prolatam contra commilitones maleficos ſententiam executioni mandent. Qvod plerumqve in haſtato criminali judicio, a noſtratibus das Spieſſrecht vocato, ita fieri ſolet *Obr. p. 1. diſp. 12. θ. 1168.* præſertim qvando rei mortis glandibus machinularũ petendi & necandi ſunt;
80. *Gregor. d. l. 31. c. 18. n. 2. in fin.* In oppido qvodam imperiali moris qvondam erat, vt noviſſimè in ſenatum cooptatus ſontibus ſupplicium in-
81. ferret. In nonnullis Franciæ Orientalis locis longiſſimâ conſvetudine receptum fuit, vt is, qvi in illo pago, vbi furtum perpetraretur, nuperrimè vxorem duxiſſet, deprehenſo furi in admiſſo laqveum innecteret; poſt omnes loci viri, inprimis verò jus ibidem dicentes, dato ad hoc ſigno, ſimul eâdemq; operâ promoverent, vt fur de annoſa & mutilatâ extantibus ramis qvercu, ad hanc rem ſuperioribus ſeculis delectâ, ſuſpenderetur. Hæcq; ipſorum vernaculâ Knüpfelsbaum ipſeq; ſuſpendij actus vulgò Huien vocabatur. Balduinus XII. Comes
82. Flandriæ vndecim eqveſtri dignitate conſpicuis viris, eò, qvod tres mercatores ſpoliâſſent ac interfeciſſent, in palatium ſuum vocatis atq; in tabulam collocatis laqveos ſingulis injici juſſit; pôſt proprijs manibus ſubtractâ tabulâ illis gulam fregit; *Camer. d. l. 1. c. 77.* Apud
83. Lituanos accuſatori de reo condemnato ſupplicium ſumere incumbit. Idq; illi itidem haud ignominiam, ſed potius, propter juſtitiæ adminiſtrationem, aliqvid honoris conciliat; *Auct. diſſ. de ſtat. rer. polit.*
84. *l. 2. diſc. 59.* Planè exiſtimationi eorum, qvos cum carnificibus converſari oportet, vel idem convictus nonnunqvam reficit, nihil omnimò inde decedit. Idq; reſponſo ſuo qvondam hîc approbavit inclyta facultas juridica hisce verbis: Vnd ob ſie wol in deß gemeinen mans wohn vnd alter / wiewol ohnvernünfftiger / gewonheit / (darzu bey jhrer vielen jhr ohnchriſt: ärgerlich: vnd leichtfertiger wandel groſe vrſach biſzhero geben) für vnredliches ſtands perſonen neben den jhrigen geachtet werden: So iſt doch ſolches ſo weit keines weges zuziehen / das auch die leute / ſo mit Nachrichtern auff vorfallende gelegenheit eſſen / trincken oder ſonſten ehrliche gemeinſchafft haben / diſzfals ehrloß vnd anrüchtig zuachten / viel weniger auß ehrlicher geſelſchafft / zünfften / zuſammenkunfft: vnd anderen *converſationen* außzuſchlieſen.
85. Idem reſponderunt JCti Jenenſes *anno 1630.* Separatio nihilominus

â qvoli-

à qvolibet populo legitimè facta ſemper ſalva maneat, neqve contra
eam honeſtiorum civium conſortijs carnifices ſe ingerere conentur;
*Auct. d. diſſert. d. diſc. 59.* Qvare qvidam ex illis ſe in collegium liberali
ſclopetariorum exercitio deſtinatum recipi a magiſtratu celebrioris
oppidi petens non immeritò repulſus fuit; haud attento reſponſo,
qvod a collegio qvopiam ſapientum emendicârat. Freqventer ſiqvi- 86.
dem in R. P. fieri ſolet, vt qvidam ab vno vel altero ordine, citra vl-
lam infamiæ notam, repellantur, nonnullive per ſe qvidem honeſti,
vel natalium, vel vitæ generis, moris ſtatutive ratione, qvarundam
conſortionum collegæ eſſe neqveant; *Bruning. de var. vniverſ. ſpec. θ.* 87.
*42. lit. b.* Hæcq; de carnificibus jam dicta ad tortores etiam reorum,
excoriatores cadaverum, caſtratores porcorum & purgatores cloa-
carum ſuo modo rectè referuntur. c] *l. acta; 45. §. fin. l. con-
tra; 54. in pr. de re jud. d. l. 1. C. qvi perſ. l. ſi præſes; 6. C. qvom. & qvand.
jud. l. fin. C. ſi propt. publ. penſit. c. fin. de jud. in 6. Sachſenſpiegel l. 1. art. 23.
& ibi gl. l. 9. Lehnrecht c. 26. Zang. d. c. 8. n. 3. Socin. ſen. ad c. nulli, n. 31. de ſent.
excomm.* Per qvos, juxta propriã vocabuli ſignificationem, hîc intel- 88.
ligimus impuberes, qvi in poteſtate patris eſſe deſierunt; *l. pupillus; 239.
in pr. de V. S.* Aliqvando tamen in eâdem adhuc exiſtentes; *l. fin. §. pupil-* 89.
*lus; 2. de V. O. l. cum qvidam; 4. C. de neceſſ. ſerv. hered. Gödd. Svev. & Magir.
ad d. l. 239.* nec non minores, inſpecto initio, abuſivè pupilli appellari
ſolent eo modo, qvo alibi ager, qvi inſula qvondam fuerat, inſulæ no-
mine adhuc indigitatur; *l. inſula 56. in fin. de A. R. D. Mayn. l. 3. c. 52. in fin.*

## II.

**Idqve fit ratione ætatis: a] ob qvam idem nonnullis alijs
contingere ſolet. b] Qvoſpiam tamen ex his venia illius,
etiam ante annos c] legitimas perſonas reddit.** 90.

a] Generatim ætas, juxta deſcriptionẽ à Dn. Præſ. *d. p. 1. diſp. 3. θ. 6. in
pr.* poſitã, eſt vitæ hominis pro annorũ numero dimenſio. b] Nempe 91.
1. INFANTIBVS; *d. l. qviq; litigandi; 4. in pr. de in J. V.* adeò vt ij, ne qvidẽ
auctoritate tutorũ, judiciũ ſuſcipere qveant, ſed hoſce illorũ nomine
id peragere oporteat; *l. 1. § ſufficit; 2. v. ita tamen; de A. & P. T.* Antiqvitus 92.
Romani omnes liberos ſuos, natu qvoq; grãdiores, dulciſſimi nomi-
nis ſvavitate ſalutare ſolebant infantes; prout patet ex *l. vxore; 41. §.
fin. de legat. 3. l. qvæſitum; 12. §. vxores; 7. in pr. de inſtruct. vel inſtrũ. leg.* Idq;

93. in Hiſpaniâ adhuc hodie qvoad regiam prolem ſceptro non potien-
tem, etiam ſenem, ita obtinet; *Vaſæ. in Chron. Hiſp. n. 965. tom. 1. illuſtr.
Hiſp. p. 720. Otto in diſſert. jurid. pol. J. R. c. 7. p. 111. Norderm. in diſp. de jur.*
94. *princ. θ. 10. lit. a. in fin. Drac. de O. & J. patric. l. 3. c. 2. n. 6.* Cujus conſve-
tudinis originem prædicto Romanorum priſco mori acceptam fert
95. Vall. *de Ferd. Arrag. R. l. 1. n. 40. d. tom. 1. p. 739.* Aliam ejus rationem,
ſed minus convenientem, adducit Matth. Steph. *l. 2. de jurisd. p. 1. c. 7.
n. 21.* nempe illam ideò infantem appellitari; qvod, qvamdiu ejus
pater aut frater natu major R. vivit, fandi non habeat in R.P. facul-
96. tatem neq; regni adminiſtrationem. Per infantes autem hîc tantum
ij intelliguntur, qvi annum ætatis nondum compleverunt ſeptimū;
*d. v. ita tamen. l. ſi infanti; 18. C. de jur. delib. Men. l. 2. A. J. Q. c. 52. n. 7.*
97. *Romulei. in compend. homicid. p. 2. n. 181.* Diſſ. *Molin. ad l. 1. de V. O. n. 4.
& ſeqq. Fab. 1. J. Pap. l. 12. p. 6. illat. 8.* pro infante eum haud vlterius ha-
beri ſtatuentes, qvi fari poteſt; qvamvis 7. annos nondum comple-
98. verit. Qvam opinionem refutat Hillig. *in D. E. l. 7. c. 9. l. d. circ fin.*
In hac ætate conſtituti, qvod jus civile attinet, nullum intellectum;
99. *§. ſed qvod diximus; 10. J. de inut. ſtip.* ſenſum; *l. qvamvis; 32. §. 2. v. nam
alioqvin; de A. vel A. P.* vel affectum habere videntur; *l. ſi qvis emancipa-*
100. *tum; 26. C. de donat.* Unde adjunguntur & comparantur furioſis; *d. l.
qviq; litigandi; l. qvod infans; 60. de R. V. l. ſed etſi; 5. §. 2. v. ſed etſi infans;
ad L. Aqvil. l. pupillus; 9. de A. vel O. H. l. ſancimus; 7. in pr. C. ad SC. Treb.*
101. *l. 2. in pr. C. de annal. except. d. §. ſed qvod diximus.* Eos igitur delinqven-
tes innocentia conſilij in totum à pœnâ excuſat; *l. infans; 12. ad L. C.
de ſic. Clem. l. 5. t. 4. de homic. c. vnic. Tir. de pœn. temp. c. 7. n. 6. Tennin.*
102. *caus. 222. n. 6. Farin. p. 3. de pœn. temp. qu. 92. n. 46.* Diſſ. *Marſil. in d. l. in-
fans; n. 2. & ſeqq. Caroc. in pr. crim. 2. tr. de homicid. §. circa qvartum; n. 3.
in fin. Duen. reg. 259. lim. 3. v. & qvod infans doli poſſit eſſe capax; Geil. 2. O.
110. n. 31.* qvi exiſtimant infanti doli capaci, ſi deliqverit, pœnam qvi-
103. dem mitigandam, non verò penitus remittendam eſſe. At nullus in-
fans doli capax eſſe cenſetur; *d. l. pupillus; 9. l. impuberem; 23. de furt. l.
illud; 3. §. 1. de injur. l. impuberem; 22. in pr. de L. C. de falſ. c. illud; 15. qu. 1.*
104. *Blanc. pr. crim. fol. 78. n. 7.* II. IN RELIQVA PVERILI ÆTATE, qvæ
in principium vſq; pubertatis extenditur, CONSTITVTIS; *d. l. 1. C.
qvi leg. perſ.* Atq; hi propiores ſunt vel infantiæ vel pubertati. Qvi-
nam autem huic vel illi propior verê dicatur, inter DD. non conve-
nit. Qvi-

nit. Qvidam exiſtimant pubertati propiorem eſſe, cui ad eam com-
plendam ſemeſtre tantummodo ſpatium reliqvum fuerit; *arg. l. non
tantum; 17. in pr. de excuſ. c. continebatur; & ibi Innocent. 6. &c. atteſtationes;
10. de deſp. impub.* Qvam opinionem in judicando Rot. R. *anno 1589.*
ſecutam fuiſſe teſtatur Farin. *d. q. 92. n. 12. in fin.* Verum Br. *ad d. § pu-* 106.
*pillus; J. de invtil. ſtip.* propiorem pubertati eum cenſet, qvi vndeci-
mum annum eſt ingresſus. Hoſt. *in d. c. continebatur*; pro tali tantum- 107.
modò habet eum, cui triduum adhuc ad pubertatem deeſt; *arg. l. 3. in
fin. de liber. exhib.* Alij arbitrio judicis id æſtimandum relinqvunt; *Vigl.* 108.
*in § teſtes; n. 11. & ſeqv. J. de teſtam. Cor. 6. miſc. c. 23. Men. d. caſ. 57 n. 44.
Althuſ. dicæol. l. 1. c. 5. n. 20. Sturc. ad d. l. in negotijs; 5. de R. J. Hoen. diſp. de
R. J. 2. qu. 4.* Cæterum verius docetur, infantiæ propiorem eſſe, qvi, 109.
cum mas ſit, nondum excesſit annum decimum cum dimidio; ſi fœ-
mina nonum cum dimidio; *gl. in l. 1. in fin. in l. in diem; de nov. in l. pu-
pillum; 112. de R. J. & in d. § pupillus; Bocer. tr. de qvæſt. c. 4. n. 15. Dn. Præſ.
d. diſp. θ 33. Maurit. de R. in integr. c. 153. n. 8. Hipp. a. Coll. ad d. l. in negotiis;
Caroc. in tr. de min. in delict. excuſ. qu. 15. Hunn. l. 1. var. reſol. tr. 4. qu. 16.
circ. fin.* Ac talis in plerisq;, præſertim vero qvoad excuſationem â 110.
pœnâ, infanti comparatur; *Gothof. ad l. ſi adulterium; 28. § inceſtum; 7.
in vb. ætate; l. Z. ad L. J. de adult.* Pubertati vero propior, ſive ille, qvi 111.
ad finem fere anni, ſi mas ſit, vndecimi; ſi fœmina decimi; pervene-
rit, delinqvens ob doli capacitatem pœnâ afficitur; *l. excipiuntur; 14.
ad SC Sil.* ſed extraordinariâ, ob puerilitatem: cum ferè in omnibus 112.
pœnalibus judicijs ætati ſuccurratur; *l. ferè; 108. de R. J. c. 1. de delict.
puer. Farin. d. qu. 92. n. 66 H. Piſt. O. 122. n. 9. Dn. Döring in B. JCt. vol. 1. l.
a. tit. ætas; aſſ. 120. v. in qvam ſententiam*; vbi aliqvot præjudicia Scabi-
norum Lipſ. & ICt. Jen. confert, ſimulq; notat, pubertati propiorem,
ſi certò conſtet, eum nondum doli capacem eſſe, infantis inſtar, à
pœnâ in totum excuſari. III. ADOLESCENTIBVS; *d. l. acta; 45. in* 113.
*fin. d. l. contra; 54. de re jud. d. l. 1. C. qvi legit. perſ. l. cum & minores; 4. C.
ſi adv. rem jud. l. in vniverſis; 11 C. qvi dar. tut. d. l. ſi præſes; 6. C. qvom. &
qvand. jud. Rosbach. pr. civ. t. 15. n. 6. Teſſ. dec. 99. n. 21.* Nam cum inter 114.
omnes conſtet fragile eſſe & infirmum ætatis eorum conſilium, &
multis captionibus ſuppoſitum, multorumq; inſidijs expoſitum: ideò
adoleſcentes, qvamvis rem ſuam benè gerentes curatorum auxilio
reguntur; *l. 1. de min.* Qvæ poſtrema Ulpiani verba Bachov. *in N. &*

115. *A. ad Tr. vol. 2. part. pr. diſp. 8. θ. 8. lit. a. ad verb. an inviti*; notat accipienda eſſe oppoſitivè & comparativè ad L. Lætoriam; ex qvâ non niſi malè rem ſuam gerentes cauſa cognitâ curatores accipiebant: vt intelligatur hodie, qvibusvis minoribus, etiam rem ſuam benè gerentibus, curatores rectè dari, non tamen omnibus omninò, neq; ex præ-
116. ciſâ neceſſitate: cum regula illa firma maneat, qvod adoleſcentes inviti curatores non accipiant; *§. item; J. de cur. Pac. cent. 2. qu. 88. Dn.*
117. *Præſ. d. diſp θ. 40. l. d.* Ad litem autem peragendam curatorum auxilio omnino indigent, qvi etiam invitis dari ſolent, ne judicium magno actoris incommodo relinqvatur in ſuſpenſo; *l. ait prætor; 7. §. ſed & ; 2. de minor. d. §. item inviti; Myn. cent 2. O. 31. H. Hartm. l. 2. t. 5. O. 5. n. 3.*
118. *Geil. 2. O 108. n. 3.* Adoleſcentia ab anno in maſculis 14; in fœminis vero 12; vtrobiq; completo, inchoata in majoris ætatis exordium protenditur, inq; jure pubertas vocatur; *l. ſi impuberi; 13. § vlt. de tut & cur. l. in pupillari; 14. de V. & P. S. l. fin. C. qvand. tut. pr. J. qvib. mod. tut.*
119. *fin.* Atq; eſt vel minus plena; qvæ finitur in maſculis *anno 17.* in fœminis *13.* vel plena, qvæ incipit *anno 18.* in maſculis; in fœminis *anno 14.*
120. Modeſtinus *in l. arrogato; 40. §. 1. de adopt.* duodeviginti annorum terminum qvoad plenam pubertatem adoptanti vel arroganti præfixit, alimentaq; ad pubertatem relicta, pietatis intuitu, pueris vſq; ad *18.* puellis vſqve ad *14.* annum deberi Ulpianus *in l. Mela; 14. §. 1. de alim.* reſpondet. Sed & hujus ætatis adoleſcenti pœna mitigatur; *arg. l. auxilium; 37. §. 1. v. in delictu; de min. l. ſi adulterium; 38. §. inceſtum autem; 7. ad L. J. de adult. N. 115. c. 3. §. ſi unum; 13. v. hanc autem; auth. caprivi, C. de epiſc. & cler. c. fin. de ſent. excomm. P. H. O. a. 164. & 178. Bl. in l. etſi ſeverior; C. ex qvib. cauſ. VVes. in π. ad L. C. de ſicar. n. 26. Gram. dec. 23. n. 12. Men. de A. J. Q. caſ. 329. n. 15. Morl. in empor. J. V. p. 1. qu. 7. tit. de in integr. reſt. n. 7. & 9. Coler. dec. 167. n. 8. p 1. Werndle im Pupillenſchild l. 2. c. 13. Fach. contr. J. l. 1. c. 71. Farin. d. qu. 92. n. 41. & ſeqq.* Pro ratione tamen delicti pœna qvoqve mortis dictari poteſt; *Mar. in ſpec. p.*
121. *4 diſt. 1. n. 69. & ſeqq. Aleman. d. conſ. 9. p. 935.* Ex facto Neapoli qvæſitum fuit, ecqvid prædictum pœnæ mollimentum neceſſitudinis ſit, adeò, vt a judice id negligente poſſit appellari? Poſt longam diſceptationem *26 Octobr. anno 1558.* curiæ placuit, illud neceſſitati non ſubjacere, ſed mero judicis arbitrio relinqvi. Qvæ opinio etiam arridet Fachin. *d. c. 71. circ. fin. v. deniq; Tr. diſp. 11. θ. 12. l. ſ. vol. 1.* Con-

trariam

trariam autem ſententiam, qvod judici neceſſariò incumbat pœnam 122
minorum lenire, tanqvam veriorem, defendunt *Gom. tom. 3. var. reſ.*
*c. 1. n. 63. v. ſed his non obſtantibus; Odd. de R. in integr. p. 2. qu. 80 n. 93.*
*Teſſ. dec. 161. n. 6. Bacbov. ad Tr. d. θ. 12.* niſi fortè delinqvere ſoliti ſint.
Tum enim ordinaria qvoq; pœnâ affici debent; *l. capitalium; 28. § ſo-*
*lent; 3. de poen. l. deſertorem; 3. §. ſi plures; 9. in fin. de re milit. Caroc. in tr.* 123
*de min. in delict. excuſ. qu. 2, n. 5.* Ad R. P. adminiſtrandam vel munera, 124
qvæ nō ſunt patrimonij, aut honores admitti minores jure prohiben-
tur; *l. non tantum; 11. de decur. l. ad R. P. 8. de muner. l. 2. in pr. de vacat. &*
*indecorum; de ætat. & qvalit.* Illi ſiqvidem optimè proſpicitur, ſi cla- 125
vum tractent ſeniores judicio & prudentiâ pollentes. Sic fideli ſervo
Moiſi Deus ipſemet præcepit; vt ex his collegas ſibi ſeligeret; *Num.* 126
*11. v. 16.* vtpote penes qvos conſilium & prudentia ſit; *Job. 12. v. 13.*
*Sirac. 8. v. 10. & ſeq. c. 25. n. 6. & ſeqq & c. 34. v. 9.* E qvibus & Romulus
primā ſuam curiam conſtituit; qvos ideo patres & ſenatores appelli- 127
tavit; *Gregor. in d. Synt. l. 47. c. 9. n. 20. Vauchop. de magiſt. vet. pop. Rom. ſect. 2.*
Cumq; in anno diſponendo primum menſem Marti, Veneri ſecundū
dedicâſſet, à *majoribus* i. e. ſenibus nominavit tertium. Tanti enim ob
conſilia & auxilia, qvæ R. P. præſtaret, faciebat ſenectutē, vt proximū 128
â Dijs locū nominandis menſib9 ætati huic, pro ſuperſtitione ſuâ gen-
tili, tribuerit; *Pontan. tom. 1. l. 5. c. 5.* Qvò pertinent illi Ovidij verſus:

*Non niſi poſt annos patuit tum curia ſeros,* 129
*Nomen & ætatis mite Senatus habet.*
*Jura dabat populo ſenior finitaq; certis*
*Legibus eſt ætas, vnde petatur honos.*
*Romulus hoc vidit ſelectaq; corpora patres*
*Dixit: ad hos vrbis ſumma relata nova eſt.*

Et paulò poſt:

*Hinc ſua majores tribuiſſe vocabula Majo*
*Tangor &c.*

130
Non in juvenum, ſed ſenum, vultu, *atteſtante Plutarcho*, matu-
ritas apparet. Debiliter vitulus, ſed fortius bos laſſus pedem figit;
*D. Hieron. ad Aurel. Auguſt Eraſm. chil 1. cent. 1. adag. 47.* Daretisq; juvenili
fervori præfertur ſenioris Entelli gravitas; *Virg. 5. AEneid.* Militem 131
legimus robuſtum, legimus juvenem, Imperatorem facimus ſenem;
inqvit Qvintilian. *in declam. de Imp.* Atq; egregiè illi apud Vopiſcum lo-
qvuntur: *Seniorem principem fecimus & virum; qvi omnibus qvaſi pater*
*conſulat.*

132. *conſulat.* Experientia ſiqvidem & rerum multarum uſus, *ſecundum So-
cratem,* ſenes erudit eorumq; animos purgat & excolit. Cumq; mul-
ta apud illos ſit obſervatio atq; memoria rerum præteritarum; ideo
fit, vt ij, qvid expediat, accuratius, qvâm alij, proſpiciant; *Pontan. d. l.*
penesq; eos ſit propriê conſilium, ut Euripides ait *in Menalip. apud Stob.*
133. *ſerm. 114.* Temeritas eſt floreſcentis ætatis; prudentia ſenectutis. Per
adoleſcentes maximæ Reſpubl. labefactatæ, à ſenioribus autem ſu-
134. ſtentatæ & reſtitutæ fuerunt; *Cic. de ſeneċt.* Qvamvis enim omnia
illis adſint; tamen eorum auctoritas nondum eſt adulta; *Elver. de con-
cil. & conſil. pag. 162.* Edunt uvas immaturas, & vinum de torculari bi-
bunt. Delectantur verbis ſeſqvipedalibus, audaciores ſunt ac ſibi
perſvaſum habent, ſe & copioſius & melius de cauſis conſulturos;
135. *Beſold. de conſ. polit. c. 7. ax. 15. & 18.* Ac calidiora eorum ingenia haud
abſimilia cenſentur pullis gallinaceis ingênti ſtudio indeſinentiqve
cantu decertantibus, ſed tali contentione noctis & diei tempora ma-
gis confundentibus, qvàm indicantibus; cum econtra galli adultio-
res parcius intervallis debitis convenienter vocem extollant; *Dn. Si-
136. brand. d. ſect. 14. n. 94.* Et ſicut novelli citharœdi multas cytharas per-
dunt, ita *teſte Xenophonte 4. memorab.* cupidi juvenes R. P. vtplurimum
evertunt; *Drac. d. l. 3. c. 4. n. 32.* conſiliorumq; ab ijs datorum exitus
plerumq; eſt exitium; *Arnold. in juriſpr. eth. p. 68.* Rehoboamus Iſrae-
137. litarum R. hoc ſatis expertus fuit, cum, poſthabito ſeniorum conſilio,
temeraria adoleſcentum placita cum maximo ſui totiusq; regni de-
138. trimento ſeqveretur, *1. Reg. 12. v. 8. 2. Paralip. 18. v. 8.* Idemq; toties ad-
huc contingit, qvoties imperiti magiſtris; novi antiqvis; rudes eme-
139. ritis præferuntur; *c. ſtatuimus diſt. 61.* Planè leges moresve in qvoli-
bet lôco, ratione ætatis ad honores ac munera promovendorum le-
gitimè recepti meritò attenduntur; *arg. d. l. non tantum; l. ſemper; 5. §.
1. de jur. immun. Speckhan cent. 2. cl. 1. qu. 5. n. 14. Cornaz. dec. 20. n. 12.*
140. Apud Athenienſes minorem 30. annis Senatorem fieri non potuiſſe
Critias *apud Xenoph. 1. memor.* recenſet. Romani *LL. annalibus* grandio-
141. rem ætatem 43. annos deſiderantem ad Conſulatum conſtituebant;
*Cic. Philip. 5.* Qvæ LL. alio nomine dictæ fuerunt *annariæ; Lipſ. de ma-
142. giſt. vet. pop. Rom. c. 4.* Ab Henrico III. Franciæ R. in comitijs Bleſen-
ſibus conſtitutum fuit, ne in regni ſui ſupremis curijs in ordinem Se-
natorum qvis reciperetur; qvi nondum 26. annos natus eſſet; atqve
vt nul-

vt nullus ijsdem curiis Præſes præficeretur ante annum ætatis 43. Cu-
jus conſtitutionis hæc ratio redditur; qvod officia illa tales viros re- 143.
qvirant, qvi auctoritate, eruditione multâq; experientiâ præſtent, vt in alto juſtitiæ throno collocati ijs, qvibus præſunt, præclarum exemplum benè faciendi præbere qveant; *Majn. l. 1. c. 76 n. 1.* Peculiariter
qvoq; conſtitutum eſt, ne Lipſiæ Rector Academiæ eligatur, qvi non- 144.
dum annos 35. expleverit, niſi perſona illuſtris ſit. D. *Aug. elect. Saxon.* Verordnung beyder *Univerſiteten anno 1580. promulgata, tit.* vom Rector der Vniverſiter Leipzig/ *ibi*; die vnter 35. Jahr nicht alt; doch laſen wir vns nicht mißfallen/ da Fürſten/ Grafen oder Herren bey der Vniverſitet weren/ das dieſelbe/ darmit ſie bald in jhrer jugend zum Regiment gewehnt vnd angeführt vnd auch luſt vnd neigung zu gelehrten leuten gewinnen/ zum Rectorat gebraucht/ vnd jhnen deß vorgehenden halben Jahrs geweßner Rector/ oder ſonſten ein anſehlicher geſchickter man auß der Profeſſoren anzahl zum Vicerectorn zugeordnet
werde. Adoleſcentem, qvi 17. annum implevit, rectè poſtulare poſſe 145.
jure definitum eſt; cum eâ ætate, aut paulo majore, Nerva filius pub-
licè de jure reſponſitâſſe feratur; *l. 1. §. initium; 3. de poſt.* Celſus JC. in 146.
*l. ſi ſervum; 91. §. ſeqvitur; 3. de V. O.* ac paſſim adoleſcens appellatur, qvod eâ ætate jus civile fuerit interpretatus. Allegari qvoq; ſolet
exemplum Æmilij Papiniani, in qvem tot laudes, ac in nullum ferê 147.
vnqvam JCtorum, ipſi etiam Impp. conjecerunt. Ab ijs ſiqvidem excelſi; *l. generaliter; 6. §. cum autem; C. de J. & S. §. ſed qvia; J. de fideic. her.* excellentis; *C. Theod. de reſp. prud.* ſummi; *l. 1. §. ſed neq; 6. C. de V. J. E. l. cum Papinianus; 14. in pr. C. de ſent. & interl.* acutiſſimi ingenij vir & meritò ante alios JCtos excellens; *l. cum acutiſſimi; 30. C. de fideicom d. l. 14.* ſplendidiſſimus; *d. §. 6* ſublimiſſimus; *§. 1. v. in tertio; in conſt. de R. & M. J. D.* prudentiſſimus; *l. vtere; 14. C. de præd & al. reb. min. l. cum reſponſo: 12. C. de legat. l. cum virum; 16. C. de fideicom.* conſultiſſimus; *l. donatarum; 3. C. de A. & R. P.* diſertiſſimus; *l. fin. C. de J. & S.*
& maximus; *N. 4. c. 1. v. ſed & hoc qvidem*; appellatur. Ad D. Septimio 148.
Severo libellorum magiſter; *l. reſcriptum; 12. in pr. de diſtrah. pign.* ac præfectus prætorio; *l. lecta; 40. de R. C.* cui poſt principem ſumma poteſtas competebat; *Kn. de territ. jur. c. 1 n. 207. & ſeqq.* creatus, atqve tandem relictis ab eo impuberibus Principibus Antonino Baſſiano Caracallæ; & Getæ tutor teſtamento datus; ſed illius juſſu, cū commiſſum ab eo fratricidium defendere nollet; non tâm facile eſſe inqviens, illud excuſare, qvâm patrare; ſecuri percuſſus fuit; *Dreſſ mil-*

 *len 5.*

*len. 5. p. 297. Kirchn. orat. 12. & 13.* Cumq; anno ætatis 36. ita peremtus;
*Rival. l. 5. hiſt. J. C. p. 277. Zvving. in d. theatr. vol. 6. l. 1. p. 1575. col. 1. Lin-*
*dem. in hiſt. J. R. concl. 230.* præter alios publicè ſummâ cum laude ex-
antlatos labores, 80. prope volumina eruditisſimê conſcripta reli-
qverit: *Rutil. in vit. veter. JCt. p. 354.* inde illum ſimiliter adoleſcen-
tem adhuc JCti partes obijsſe haud leviter conijcitur; *Pancirol. in reb.*
149. *memorab. tit. 10. p. 527.* E qvibus nonnulli inferunt; in tali ætate con-
ſtitutum, ſi eruditio hoc mereatur, Doctorem creari poſſe; *Gryph. d.*
*diſc. 24. θ. 107. Cuppener. in auth habitâ; C. ne fil. pro patr. p. 46. Sagit. diſp.*
*de J. & P. Com. Pal. θ. 25. l. d. in fin. arg. l. 1. C. qvi & adverſ.* Exempla
150. qvoad Cervotum, Accurſij filium, Br. Bl. & alios antiqvum tempus
ſuppeditat; *Petre. in vit. Fich. tom. 1. conſ. ejusd. præmiſſ.* Recentius plura
151. & freqventia in Gallijs exhibet; *Magn. d. c. 76. n. 2. & l. 3. c. 38. n. 1.* vbi
*d. n. 2.* notat ſuperius allegatâ conſtitutione regiâ Henrici III. reqviri;
vt deſtinati ad officia ſenatorum in ſupremis curijs *anno æt.* 15. aut
16. gradum petant, & deinde ſtatim in Advocatorum numerum re-
152. cipiantur. Qvod de Advocatis auſcultantibus accipiendum. Tres
enim in curijs illis Advocatorum ordines ſunt. In primo conſtituun-
tur *auſcultantes*; in ſecundo *agentes* ſeu actu patrocinantes; in tertio
153. *conſulentes.* Primus itaq; ordo gradibus noviter ornatos tenet; qvi
tanqvam patronorum conſultisſimorum & exercitatisſimorum dis-
cipuli, auditores fori, ſpectatores judiciorum erudiuntur & aſſvefi-
unt alienis experimentis, ijsq; qvotidiè audientibus ac ſummâ cum
vtilitate mediâ in luce, atq; inter ipſa diſcrimina felicisſimê ſtuden-
tibus notæ leges, noti judiciorum mores fiunt; *Guy du Faur premier re-*
154. *monſtr. p. 16 & ſequ.* Sed & alibi aliqvando nonnulli reperiuntur; qvo-
rum diligentia defectum annorum ſupplet, qvibus ingenium & re-
rum prudentia ante pilos venit; *Perſ. Sat. 4.* ac virtutis curſus celerior
eſt; *Cic. in d. Phil. 5.* qvive prius mente; qvàm mento: animo, qvàm
capillo: pectore qvàm facie caneſcunt; *Corn. Nep. in poem. de bell. Troj.*
Nec expectatur ætas in eo, qvi fulget virtutibus & moribus pollet;
*Cujac. in l. 1. reſp. Papin. ad l. ſpurij; 6. §. 1. de dec. l. d. p. 31.* qvemve inge-
nij divinitus conceſſi felicitas, fidelis inſtitutio, indefeſſumq; ſtudiū
citius emergere voluit; *Pontan. d. c. 5. v. poteſt tamen*; Atqve ſapientia
non ætate, verum ingenio, adipiſcitur; *Plaut. in trinum. act. 2. ſcen. 2.*
155. *v. 88.* Planè gradus in Academijs non temporis, ſed eruditionis, in-
tuitu

tuitu conferuntur; *M. Steph. de jurisd. l. 3. p. 2. c. 14. n. 66.* cum eâdem ratione, qvâ inqviri ſolet, non vtrùm qvis diu, ſed potius an laudabiliter, vixerit; *c. gloriæ epiſcopi; in fin. 22. qu. 2.* in tali qvoq; caſu attendi oporteat, non qvamdiu qvis ſtudiorum nomine commoratus fuerit in Academiis, ſed qvantum profecerit; *gl. in l. vnicuiq; l. h. C. de prox. ſacr. ſcrin. Raud. de anal. l. 1. c. 37. n. 90. d.* verordnung *D. Aug. tit.* von den *promotionibus* in den dreyen *ſuperioribus facultatibus, ibi,* denn hier diſsfals nicht angeſehen wird/ wie lange/ ſondern wiewohl einer ſtudirt und gelernet/ was von jhm erfordert wird. Experientia probat, qvosdam plurimum temporis 156.
in illis tranſigentes nunqvam Doctoris titulo ſe dignos oſtendiſſe.
Talis veterani ſtudioſi, qvi ex ordine eqveſtri fuit, mentio fit apud 157.
Coler. *de proc. execut. p. 2. c. 1. n. 40.* qvi per integros 50. annos in Acad. Lipſ. hærens ſuum in collegio conductum Muſæum duobus ſaltem libris, nempe ſacro codice & dictionario Latino-germanico, utrisq; autem pulvere ita obſitis, vt literæ qvæcunq; in ipſorum ſuperficie notabiliter duci potuerint, inſtructum eſſe; Sabinum verò; qvi itidem ex eqveſtri ordine jam grandis natu & ferè annorum 50. receptus fuit à Tiberio Cæſare, vt de jure reſponderet; *l. 2. §. fin. v. ergo Sabino; de O. J.* minimè imitari voluit. Tutiſſimè agunt illi, qvi ſum- 158.
mâ qvidem ope & alacri ſtudio ſtatim, ac ætas hujus militiæ eſt patiens, caſtra Themidos ſectantes legitimum opus, in qvo aliqvando excellere cupiunt, maturè aggrediuntur; *Comin. comment. l. 1. p. 342.* ſed non niſi probè prius cognitis ijs, qvæ eidem neceſſaria ſunt, eoq; ritè perfecto, ad Academicos gradus vel etiam forum adſpirant; 159.
*Tuld. de cauſ. corr. jud. c. 8.* Johannes Fichardus JC. celeberrimus, cui anno ætatis vndevigeſimo, ad ſex menſes nondũ completo, Friburgi *anno 1531.* non ſine eximiâ laude, ob præclaram eruditionem hoc ſatis merentem, Doctoralia inſignia cum Johanne Sichardo collata fuerunt, hujus conſilium, qvo ante annos ad ſublimiorem illum titulum pellectus fuerat, poſtea improbans rectius ſe facturum fuiſſe ſcripſit, ſi ſtudia diutius proſecutus & ætate & judicio prius maturuiſſet
*Fichard. in præfat. tom. 2. prælect. Sichard. in poſt. lib. Cod.* Eruditione au- 160.
tem deſtituti atq; ex ſola ambitione gradum prenſantes peſſimè ſibi conſulunt; cum veri honores tantum illi judicentur, qvi à virtutis decore profecti ſunt; *Eraſm. in epiſt. de contemt. mund. p. 18.* atq; gradus neminem doctiorem reddat, ſed immeritò magis ignominiam, qvàm

hono-

honorem, conciliet; *Kell. d. tr. l. 1. c. 4. p. 37.* Dignitatibus enim homi-
161. nes dari convenit, non indignis dignitates; prout Æneam Silvium
dicere ſolitum fuiſſe teſtatur. *Ens epiporid. l. 1. p. 192.* Et certè qvi Do-
162. ctor audiri vult, ſed docere neqvit, cum ſolidè non didicerit, pro vi-
lisſimo habetur; *c. ordinatos; diſt. 59.* Ac miſerum eſt eos fieri Magi-
163. ſtros, qvi nondum fuerunt diſcipuli; ideòq; eruditæ doctrinæ exper-
tes ſunt; *c. miſerum; diſt. 61. c. in magiſtrum; de elect.* Ottho Meland. *in jo-*
164. *coſer. c. 213.* peculiare carmen perpetuo talium Magiſtellorum dede-
cori conſecratum diſticho hoc clauſit:

*Per caſus omnes eſt beſtia ſtulta MAGISTER*
*Inflat qvem nudi larva Magiſterij.*

165. Sic & infulâ Doctorali in V. J. citra meritum redimiti vocan-
tur â qvibusdam DD. neceſſitatis; qvæ legum neſcia eſt; *c. qvantò; in*
*fin. de conſvet. c. 2. in fin. de obſ. jei. c. qvod non eſt; de R. J.* cuſtodes ac cul-
tores *tit. de J. & F. J. Caſtr. conſ. 402. n. 2. in fin.* æmuli atqve imitatores
ſtudiorum C. Popilij, qvi olim Juriſperitus videri volebat, cum in-
doctus eſſet & ſtupidus. Productus iſte in controverſiâ qvadam te-
166. ſtis reſpondit *ſe nihil ſcire.* Tum Cicero; putas forte te de jure interro-
gari. *Zving. d. l. 6. pag. 1578. col. 1.* Indigitantur qvoq; Doctorelli; le-
167. gum dolores; litium confuſores; moneta tonſa i.e. ſine literis; fon-
tes ſine aqvâ; nebulæ turbinibus exagitatæ, qvibus caligo tenebra-
rum reſervatur; aſini coronati; Doctores in culinâ; *Angel. in l. 1. §. pu-*
*eritiam; de poſt. Rebuff. de nominat. qu. 21. n. 17. Cuppener. in d. auth. p. 46.*
168. Hos inſulſos auctor Parth. litig. *l. 1. c. 11. n. 8.* facetè admodum hiſce
ſalibus perſtringit:

*In Inſtitutis comparo vos brutis;*
*In Digeſtis nihil poteſtis;*
*In Codice ſcitis modicè;*
*In Novellis comparamini aſellis:*
In dem Reichsabſchiedt:
Seyd ihr kommen nicht weit:
*Et tamen creamini Doctores*
*O tempora! o mores!*

169. In qvempiam eorum Poëta qvidam aliqvando ita luſit;

*Qvod voco te juris Doctorem vtriusq;, ſuperbis;*
*At de ſorbilibus juribus ipſe loqvor.*

Idem

Idem de eodem: 170.

*Qvod juris utriusq; te vocaverim*
*Peritum, honorem ne tibi dari puta,*
*Unde inſoleſcas atq; ſumas cornua,*
*Peritiorem cenſeo meam coqvam*
*Et juſculorum & plurimorum jurium;*
*Sint illa ſive carnium, ſeu piſcium:*
*Vorare tu tantum; illa & apparare ſcit.*

Noti item ſunt Auſonij verſiculi: 171.

*Juriſconſulto, cui nubit adultera conjunx,*
*Papia lex placuit; Julia diſplicuit.*
*Quæritis unde ſit hæc diſtantia, ſemivir ille*
*Scatiniam metuens non metuit Titiam.*

Hac ſiqvidem poſtremâ lege prohibebantur Advocati dona ac- 172.
cipere, qvæ Doctorellis vix offerri ſolent; *Grat. tom. 1. diſcept. for. c. 186.*
*n. 43.* Graviter admodum hac de re in *d. ord. d. tit.* D. Aug. loqvitur: 173.
Es gereicht der *Univerſitet* zu ſpot vnd ſchimpff/ vnd zu nachtheil deß gemeinen
nutzes/ wenn man die *gradus* vntüchtigen *conferirt.* Derhalben ſollen allein ſol-
che *Candidati promovirt* werden/ ſo der hohen ſchule eine ehre/ der Herrſchafft
ein wohlſtand/ landen vnd leuten nutz: vnd dienſtlich ſein mögen. Ante com-
pletionem qvoq; temporis à D. Juſtiniano *in cõnſt. omnem; de R. & M.* 174.
*J. D.* legitimo ſtudio præſcripti nullus ad gradum Doctoratus admit-
ti, vel in numerum advocatorum recipi debet; *l. jubemus; 3. §. nec de
cætero, 4. l. petitiones; 5. §. 4. C. de A. D judic. Cujac. 12. O. 40. Vult. in Pro-
legom. J. p. 28. V. VV. Förſter. diſp. 1. Inſt. Imp. θ. 16.* Aliud in *d. ordin. tit.* 175.
von den *promotionibus in facultate juridicâ* conſtituitur; ibi, Es ſol keiner an
gewiſſe zeit dieſelbe zu compliren gebunden/ ſondern darauff/ ob er zu dem gradu
geſchickt vnd würdig/ geſehen werden. Adoleſcens autem, qvi finito eo 176.
tempore ſe eruditum & peritum oſtendit, advocatum qvidem agere;
*arg. d. l. 1. de poſtul. Berl. p. 1. concl. pr. 9. n. 8. Dn. D. Schmuck. diſp. de advoc.
θ. 3. l. a. v. minorem autem;* ſed procurator in judicio eſſe non poteſt; 177.
*l. minor. 51. de procur. c. qvi generaliter; eod. Monach. defenſ. Jur. tit. 5.
n. 12. Nep. a Mont. Alban. de except. reor. tit. 7. p. 65.* Diſſ. *Beſold. delib. Jur.
l. 3. ϖ. tit. 3 qu. 10.* niſi adverſario; qvi ſcit eum minorem eſſe; tacente 178.
& patiente, admiſſus fuerit; *Goeb. peric. Acad. part. 1. qu. 36. Hill. in D.
E. l. 18. c. 3. in not. l. T. Umm. diſp. ad proc. 3. θ. 4. n. 16.* aut minor jurave-
rit ſe non contraventurum proceſſui alijsve actibus à ſe tanqvam 118.

procuratore geſtis; *Gutier. de juram. confirm. p. 3. c. 11. n. 2. Trent. l. 2. tit.*
*de procur. reſ. 3. n. 36. Lanfranc cent. 1. dec. 68.* Et qvamvis adoleſcens,
180. qvi 18. annum explevit, judex eſſe poſſit; *l. qvidam; 57 de re jud. c. cum*
*20. annum; de off. & pot. jud. del.* attamen ſi minor 20. annis ſit, vt judi-
cet, cogi neqvit; *l. cum lege; 41. de recept. qvi arbitr. Bronch. cent. 1 aſſ 44.*
181. In diverſis Italiæ locis, vigore peculiarium ſtatutorum, receptum
eſt, vt duodeviginti annos explens pro majore habeatur; veluti Fer-
rarienſis, Florentini, Lucani, Bergomenſis, Vulterani, Mediola-
nenſis, Finizanenſis & Papienſis mentionem faciunt P. Caball. *reſ.*
*crim. cent. 2. caſ. 134. n. 11.* Kn. *de S. non prov. priv. vb. electorū; c. 5. n. 30.* Idem
conſtitutum in regno Neapolitano; *Borell conſult. 100. n. 21. Odd. de R.*
182. *in J. p. 1. qu. 2. art. 6. n. 45. Franch dec. 230. n. 4. & dec. 404. n. 2* A. B. D.
Caroli IV. *tit. 7.* prædefuncti principis electoris S. J. filio ac ſucceſſo-
ri in electoratu, poſt decurſum mododictorum annorum, legitimam
ætatem tribuit, vt finitâ tum tutelâ dignitatem electoriam cum om-
183. nibus, qvæ ab eâ dependent, conſeqvatur. Qvoad completionem
anni 18. diſſentit Kn. *d. c. 5. n. 42.* autumans ſufficere, ſi eum tantum ille
attigerit. Qvem apertis textus verbis refutant *Arum. diſc. de J. P. 21.*
*θ. 50. vol. 1. Zeſchlin. de tut. elect. legit. c. 8. n. 906. Buxt. in diſſ. hiſt. jurid. po-*
*lit. in 17. priora cap. d. A. B. concl. 86. l. g. int. diſp. Baſ vol. 2. Rumel. diſſ. 7. ad*
*A. B. θ. 7. arg. l. 3. §. 3. de minor. l. à qva ætate; 5. qvi teſtam. l. ſi cui legetur;*
*49. in pr. de legat. 1. l. non putabam; 48. de condit. & demonſt. l. ex his verbis;*
184. *5. C qvando dies leg. §. 1. J. qvib. mod. tut.* Planè illud in facto ita *anno*
*1592.* ratione Friderici IV. E. P. contigit; qvi, cum poſt obitum Joh.
Caſimiri A. dies 59. adhuc deficerent, nihilominus electoratum ſuſ-
cepit; acriter, ſed fruſtrà, pro completione præſcripti temporis de-
pugnante Richardo C. P. *Dauth. de teſtam. tit. qvi teſt. fac. poſſ. n. 145.*
185. *Goldtaſt. de Bohem. R. jur. l. 6. c. 19. ingl. ad verb. multi.* Cui jus applicare
ex *d. l. non tantum; 17. in pr. de excuſ. l. qvi filium; 74. §. 1. ad SC. Treb. l. ſi ita*
*fuerit; 41. in pr. de manum. teſtam. d. l. ad Rempublicam, 8. de muner. & ho-*
*nor. l. non tantum; 9. C. de legat.* ſtuduit Limn. *t. 1. juriſp. J. R. G. l. 3. c. 7.*
186. *n. 47.* Horum textuum auctoritate A. C. *1565.* Michael Hoſpitalius,
Franciæ tum temporis Cancellarius, oratione ſuâ, in pleno regni
ordinum conſeſſu, Rotomagi habitâ, demonſtrare conatus fuit,
qvod Carolus IX. qvi tum 14. ætatis annum orſus fuerat, regium
ſceptrum legitimè gerere poſſet; *Thuan. tom. 1. l. 34. hiſtor. ſui temp. p.*
*701. co-*

*701. col. 1. edit. Francof. Betſ. de pact. fam. illuſtr. c. 7. p. 20.* ob conſtitutionē regiam à Carolo V. *anno 1373.* promulgatam, qvâ reges Galliarum 187.
*anno ætatis 14.* adminiſtrationis regni ſuſcipiendæ capaces declarantur; *Girard. de l'eſtat & ſucceſ. des. affair. de France liur. 2. fol. 119. col. 1. Pap. l. 4. tit. 1. ar. 3. Muſc. de ſucces. convent. cl. 1. membr. 2. concl. 7. l. c. n. 328. v. in Galliá; Beſold. de ſucc. regn. l. 3. diſſ. 4. θ. 20. int. diſp. Baſil. vol. 5.* Verum qvoad filium electoris prædicta A. B. diſertis verbis 18. annos com- 188
pletos reqvirit. Idqve tempus à patre Elect. in teſtamento neqve coarctari neq; protrahi poteſt; *Zeſchlin. d. c. 8. n. 904. Rumel. d. diſſ. 7. θ. 8.* 189.
Diſſ. *Gothof. d. l. 7. cl. 4. repl. 11.* motus exemplo Ludovici Barbati E. P. qvi qvondam teſtamento cavit; vt filius, in electoratu ſucceſſor, ſub tutelâ eſſet, donec 20. annum impleviſſet. Cui voluntati paternæ filius promtè etiam paruit. Qvam opinionem firmare qvoq; videtur 190.
*l. pater, 101. §. conditionem; 2. in fin. de condit. & demonſtr.* ex qvâ patet; qvod licet pupilli regulariter, cum puberes eſſe cœperint, ſive poſt annum 14. à tutela liberentur; *in pr. J. qvib. mod. tut.* attamen pater teſtamento cavere poſſit vt filius ſub tutelâ diutius maneat. Verum d. text. de filio adhuc minore loqvitur. Princeps elector autem ſæpius memoratam ætatem attingens in omnibus pro majore habetur, vlteriori amplius curatoris ope & auctoritate nõ indiget, ſed absq; eâ 191.
liberam non minus ducatuũ, terrritorij, ditionis &c. ac ipſius Electoratus adminiſtrationem conſeqvitur. *Kn. d. c. 5. Schönborn. polit. l. 2. c. 14. G. Schult. in ſynopſ. J. l. 1. t. 23. l. a. Cubach l. 2. J. German. publ. c. 31. n. 37.*
Idq; ipſamet exempla Sereniſſimorum aliqvot electorum ſatis com- 192.
probant; qvibus, hoc annorum curriculo ad finem perducto; ſtatim electoratus reliqvorumq; principatuum adminiſtratio conceſſa fuit; *Bachou. d. diſp. 8. θ. 7. lit. d. in fin.* Diſſ. *Comm. ad A. B. D. Sigismund. vb. dominijs alijs temporalibus; per illum text.* Ut autem qvis principis electo- 193.
ris tutor eſſe poſſit, prædictam ætatem haud ſufficere, ſed majorem reqviri docent Buxtorf. *in d. diſſert. concl. 86. l. c.* Cubach. *d. c. 31. n. 35. arg. l. fin. C. de legit. tut. §. furioſus; J. de fiduciar. tut.* Proximiore itaqve agnato, tempore delatæ tutelæ, defectum annorum patiente, remo- 194.
tior, qvi perfectæ ætatis eſt, ad tutelam electoralem admittitur, hicq; tutor nihilominus manet, licet ille durante adminiſtratione major fiat; *Goldtaſt. tom. 1. conſt. imper. fol. 145. Rumel. d. diſp. θ. 6.* Aliorum autem principum ſucceſſores tâm properè ad principatus, eorumqve 195.



admi-

adminiſtrationem haud admittuntur; *d. A. B. Sigism. v. in principibus*
196. *autem; Arum. d. diſſ 4. θ 15.* niſi à ſummo principe veniam ætatis im-
petrent; *Cothm. reſp 44. n. vit. vol. 1.* prout ejus mentem ex ipſis ver-
bis ita explicat Rumel. *d. diſſ. 7. θ 10.* contra *Arumæum*, qvi *Cothm.*
197. pro diſſentiente allegat. Qvot annos Imp. noviter creandus habere
debeat, nullâ lege definitur; *Bachov. d. lit. c.* Hiſtoriographi teſtantur
interdum 18. annis minores principes ad imperium perveniſſe; veluti
Alexandrum Severum anno ætatis *12.* Gordianum *16.* Ottonem III.
*11.* Henricum III. *12.* Henricum IV. *7.* Wenceslaum *15. Dauth. d. n 145.*
198. *Ott. d. diſſ c. 8. qu. 4. Berneg. diſp de jur elect 2. θ.130.* Verum grave plerum-
qve eſt impuberes habere Imperatores, qvi, qvid Reſpublica ſit, ig-
norant; vt ex Vopiſco refert Obr. *diſp. 18 θ 582*, atq; væ regioni, cujus
199. Rex puer eſt; *Eccleſ. 10. v. 16. Eſa. 3. v. 4. & 11.* c] dummodò eam
petentes mares *20.* fœminæ *18.* annos impleverint; *l. 2. in pr. & §. 1. C.*
200. *de his qvi ven.* niſi ſint perſonæ illuſtres, qvibus ſupremus princeps ci-
tius etiam talem gratiam, gravisſimas ob cauſas, nonnunqvam fecit;
veluti prædicto Wenceslao R. Bohemiæ; *Goldtaſt. de Bohem. regn. jur.*
*l. 6. c. 19. n. 8.* Philippo H. Landgravio; Sinolo *in diſp. de vicar J. θ. 49.*
*lit. b. int. diſp Baſil. vol. 5.* Chriſtiano IV. R. Daniæ; *Her. de fidejus. c. 7. n. 110.*
Julio Pomeraniæ; *M. Steph de jurisd. l. 2 p. 1. c. 1. membr. 2. n. 137.* Caro-
201. lo Lotharingiæ Duci; *Mich. d. diſp. concl. 32. l. c.* In Franciâ itidem
qvoad Dynaſtas inferioris ordinis, ac plebejos, talem veniam peten-
tes jus commune attendi, perſonis vero illuſtribus; nonnunqvam et-
202. iam ante terminum in eo præfinitum, ea concedi ſolet. Sic Franciſ-
cus I. ſive Magnus R. G. parens literarum, & literatorum ſummus
fautor; prout eum hoc titulo meritò honorandum cenſet Thuan. *d.*
*tom. 1. l. 3. pag. 56 col. 2. lit.* C. A. C. *1534.* Roano, anno ætatis *17. 9. Cal.*
*Febr. anno 1536.* Amedeo de Prie; *anno 1543.* Turrenæ Vicecomiti;
Carolus IX. R. *anno 1568.* Erico Lotharingo Guiſio, atq; *anno 1577.* Hen-
ricus III. R. Lavallo Comiti eandem gratiam impertivit; confectaq;
eo nomine regia diplomata ſuprema curia Pariſienſis comprobavit;
203. *Choppin. de LL. And l. 1. c. 40. p. 197. Pap. l. 16. t. 2. ar. 1.* Princeps qvoqve
cum aliqvem ætatis non juſtæ ad officium publicum, cujus functio
non niſi majori credi conſvevit, ſciens promovet, eo ipſo veniam
ætatis concesſiſſe cenſetur; *arg. l. idem Ulpianus; 12. in fin. de excuſ. l. qvi-*
*dam conſulebat; 57. de re jud. Fr. Marc. tom. 1. qu. 263.* d] Adoleſcen-
tes e-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1818765934/phys_0030

res enim, qvi à principe veniam ejusmodi impetrârunt, in omnibus 204.
habentur pro majoribus; ſicq; legitimam perſonam in judicio ſtandi ſine curatore habent, res ſuas ſine eo adminiſtrare ac liberè contrahere poſſunt; *Bocer. cl. 6. diſp. 10. θ. 67. Reindorf. apud Arum. de J. P. diſc. 14. θ. 82. & Carpzov. diſc. 15. θ 33. vol. 3. arg. l. mulier; 5. C. de ſponſ. & l. ſi actor; 10. C. de appel* Diſſ. *Chriſtin. dec. 153. n. 3. v. qvidam tamen cenſent; vol. 3.* Bona vero immobilia ſine decreto alienare aut hypothe- 205.
câ; *l. pen. C. de his qvi ven. l. fin. C. ſi maj. fact. Mayn. d. c. 38. n. 2. Beſ. d. tr. p. 275.* vel feudi onere gravare neqveunt, *Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n 65.* niſi princeps id nominatim permiſerit; *l. 2. C. qvand. decr. op.* Talem 206.
itaq; veniam impetrans eo ipſo tutelam in fratres impuberes conſeqvi haud intelligitur; tum qvod ijs caſibus, in qvibus decreto ſpeciali opus eſt minori, illa non ſufficit; *d. l. 2. §. fœmina in fin. C. de his qvi ven.* tum qvod ſingulos tutores ſpeciali decreto tutelam in ſe ſuſcipere oporteat; tum qvod illi, qvorum res hypothecæ nexum reſpuunt, ad aliorum tutelam adſpirare neqveant; *l. nemo; 5. §. cui ferendum eſt; in fin. C. de legit. tut.*

## III.

**Hinc pupilli ſuo auſu tam accipere *a*] qvam edere *b*] judicium *c*] prædicto ætatis defectu *d*] impediuntur.**

*a*] Accipi judicium aliqvando promiſcuè dicitur, tàm ab eo, qvi 207.
agit, qvàm ab altero, qvi convenitur; *l. redhibere; 21. §. Idem Pomponius; de Æ. E.* Hîc autem vox accipientis ad pupillum reum refertur; 208.
*gl. hic l. m. per l. ſi qvis; 9. § Labeo; 3. de dol. l. 3. de jud. l. cum putarem; 36. v. qvi ex aſſe; F. E. l. ordinata; 24. §. ſed ſi qvas; 3. de liber. cauſ.* Qvo ſenſu etiam actio accipi vel excipi dicitur ab eo, qvi convenitur; *l. fin. ſi uſufr. pet. l. ſi plures; 3. § apparet; 6. de A. & P. T.* Nonnunqvam accipere 209.
judicium idem eſt, qvod litem conteſtari; *Briſſ. in lexic.* Litis enim conteſtatio, tanqvam baſis, fundamentum & lapis angularis judicij; *DD. in l. un. de L. C. & c. un eod. Mynſ. cent. 1. O. 1. n. 1. Geil. 1. O. 75. n. 1. & 3. J. Copp. l. 2. O. 104. n. 1.* efficit, vt illud verè accipiatur; cum ita ac- 210.
cipiens ab ejus inſtantiâ diſcedere & amplius pœnitere non poſſit; *l. ſed et ſi; 52. in pr. de jud. l. is qvi ſe; 25. & ib. gl. in vb. qvi diſceſſit de R. V.* Poſtea etiam neq; recuſari neq; declinari judex, nec ab eo ante ſen- 211.
tentiam provocari poteſt; *l. nemo; 4. C. de jurisd. l. apertiſſimi; 16. C. de*

*jud. N. 53. c. 3 in pr. v. qvidam verò; c. cum cauſam; de appell.* cum litem a-
212. pud judicem conteſtans, in eum, renunciatione cauſis recuſationis,
qvibus aliìs vti potuiſſet, tacitê factâ, conſenſiſſe intelligatur; *Obr. de
L. C. c. 10. n. 72.* *b*] Edere judicium dicitur is, qvi acturus eſt; *gl. d.
213. l. m.* Æqviſſimum enim eſt, ut iſte actionem edat ſive deſignet, qvâ
agere velit, vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra
debeat; *l. 1. in pr. de edend. Gothofr. in pandect. prax. civ. l. 2. tit. 13. p. 1474.
214. col. 1.* Editio itaq; actionis nihil aliud eſt qvàm ejusdem deſignatio
ſpeciem futuræ litis demonſtrans, *l. 3. C. eod. Mejer. d. tom. pr. l. 2. tit. 13.
215. θ. 12.* Et qvidem actio olim edebatur ei, cum qvo lis erat futura, reo
ipſi, non judici; vt apparet è modis edendæ actionis, qvorum memi-
nit Ulp. *in d. l. 1.* Hodie actio editur judici vel magiſtratui, vt eadem
216. illius operâ reo edatur. Idqve fit modo proſus alio, qvàm olim, nem-
pe per libellum, & qvidem vel ſupplicem pro decernendâ citatione
alijsve proceſſibus; *Tennag. in libr. ſing. de proc. decern. in proœm. num. 6.
Umm. diſp. 1. ad proc. jud. θ. 1. n. 3.* vel eum, in qvo ipſa actio jam ſit de-
217. ſcripta; *Reyg diſp. 2. de proc. jud. θ. 4.* qvem nonnulli libellum conven-
tionis, auctoritate D. Juſtiniani *in l. fin. in pr. C. de annal. except § tripli;
J. de act. & in d. N. 53. in pr.* conventionalem; *c. fin. de lib. obl.* item re-
clamationis & poſtulationis; *c. 1. eod* reſponſionis ſive contradicti-
onis; *c. 3. §. ſancimus;* actionis ſive meritorum appellitant. Differt
218. igitur actionis editio â libelli oblatione; cum illa hanc ſemper præ-
cedere conſveverit; *Bachov. tom. 1. diſp. 4. θ. 1 lit. c.* ipſeq; ordo ita
comparatus ſit, vt primò omnium qvid petatur, anteqvam petitum
decerni ſoleat; *arg. l. ſi finitá; 15. § Julianus; 16. de damn. inf.* Indeq; eſt,
219. qvod prædictum libellum conventionis, etiamſi ab initio in vim ex-
trahendorum proceſſuum productus ſit, oporteat reproduci in vim
actionis, niſi fortê actor in termino reproductionis libellum de no-
vo offerre velit, qvod ipſi eſt liberum; *O. C p. 3. tit. 12. §. zum andern.*
210. Cujus autem expenſis exemplum libelli reo dari debeat, controver-
titur? Qvidam actorem illas ſolvere debere exiſtimant; *Br & Caſtr. in
d. l. 1. de edend.* Verius autem eſt, ejusmodi ſolutionem reo incumbere,
211. niſi peculiaris judicij mos aliud exigat. Sicq; in conſiſtorio E. Pal. ju-
dicatum fuiſſe teſtantur Wurms. *in tit. de libel. O. 10.* Obr. *de form. lib. c.
212. 4. n. 5.* In *C. J. d. p. 3. Ord. t. 40. in pr.* alijsve nonnullis judicijs huic
controverſiæ ita anteverti ſolet, vt qvæ in judicio agenda ſunt, ea
procu-

procuratores conſcripta exhibere gemina jubeantur & exemplum
alterum adverſæ parti tradatur; *Denaiſ. in J. Cam. tit. 250. §. 5.* c]
Qvod vocabulum hic in largiore ſignificatione accipitur pro vni- 213.
verſo illo actu, qvo de re controversâ diſceptatur, tàm in jure, qvàm
in judicio, ſtrictius accepto. In qva ſignificatione latiori vſurpatur
etiam *in l. 2. in pr. qvi ſatisd. cog. l. fin. in pr. de eo per qv. fact. l. 1. §. in cauſis;* 214.
*3. l. tutor pro pupillo; 28. in pr. de A. & P. T.* vbi in judicium dicitur vo-
cari is, qvi vocatur in jus; cum ea, qvæ ante litis conteſtationē fiunt, 215.
J. Juſtinianeo non in judicio, juxta propriam & ſtrictam vocabuli
ſignificationem, ſed in jure fieri dicantur; *Gozadin. ſup. rubr. C. de edend.* 216.
*n. 20. Græv. concl. pract. C. J. 74. n. 1.* In jure agebatur coràm prætore
ſeu magiſtratu; *Calvin. in lexic. jur. in verb. jus à judicio; n. 36.* tametſi
qvandoq; fieret, vt idem, qvi erat judex, magiſtratus etiam eſſet, ſed
qvi jus diceret, vt magiſtratus; judicaret vt judex; atq; ita τῷ λόγῳ
diſtingveretur, qvi reverâ vnus erat & idem; *arg. l. debitor; 59. in fin.*
*ad SC. Treb. c. poſtulaſti. in fin. de conceſſ. præb. c. à collatione; de appel. in 6. Everh.*
*in loc. arg. legal. in loc. de tanqvam, n. 3.* In jure ſemper agebatur, ante- 217.
qvam ageretur in judicio: vt ita illud eſſet prius, hoc poſterius. In-
deq; in illo verſans nondum petere, ſed petere velle cenſebatur; *l. am-* 218.
*plius; 15. rat. rem.* Haud etiam ſemper actum juris neceſſariò inſeqve-
batur judicium: cum hoc nonnunqvam denegaretur à prætore, cu- 219.
jus in jure cognitio de eo erat omnis, vtrùm poſtulanti judicium
dandum ſeu reddendum eſſet, vel denegandum; *arg. l. nam; 21. in fin.*
*pr. de neg. geſt. l. in heredem; 26. de dol. l. 1. in pr. naut. caup. l. 7. in fin. de bon.* 220.
*eor. qvi ant. ſent. Vult. l. 2. J. R. c. 26.* Qvò item illud Cicer. *l. 2. de invent.*
pertinet: *Translationes in jure plerumq; verſantur. Ibi enim exceptiones po-*
*ſtulantur & qvodammodò agendi poteſtas datur. In ipſis autem judicijs rarò in-*
*cidunt.* d] Ob qvam etiam teſtamentum condere neqveunt; *d. l.* 221.
*à qvá ætate; 5. l. ſi filius familiàs, 19. qvi teſt. l. ſi frater; 4. C. eod. §. præterea*
*1. J. qvib. non eſt perm.* ne qvidem auctore tutore, multòq; minus per 222.
eum; *l. 1. §. 1. de tut. & rat. diſtr.* etiamſi ad favorem piæ cauſæ diſpo-
ſitio tendat; *Vaſqu. de ſucc. creat. l. 2. §. 17. n. 10. Dauth. de teſtam. t. qvi teſt.* 223.
*fac. poſſ. n. 193. ampl. 2.* vel pupillus miles jure militari teſtari velit; *l. fin.*
*C. de teſtam. mil.* Imò nec tum qvidem teſtamentum, qvod pupillus 224.
condidit, vires habet, ſi pubes deceſſerit; *d. l. 19. §. præterea*; cum qvod 225.
ab initio vitioſum eſt, tractu temporis convaleſcere neqveat; *l. qvod*

226. *initio*; *29. & l. pen. de* R. *J.* Idem defectus impedit, ne ad juramenti
præſtationem pupilli admittantur; *l. videmus*; *4. in pr. de in lit. jur. c.*
*parvuli*; *c. pueri*, *& c honeſtum*; *22. qu. 5. auth. Sacramenta puberum*; C. *ſi*
227. *adv. vend. c. vn. de pac. ten. 2. F. 53. in fin.* etiamſi pubertati ſint proximi;
*Sich. ad d. auth. Sacramenta, verb. puberum*; *n. 26. Jacobin. de S. Georg. tr.*
*de feud fol. 57. n. 26.* Diſſ. *addit. ad gl. in d. verb. Br. ibid. Abb. conſ. 39. l. 1.*
228. niſi jusjurandum operarum nomine patrono; *l. vlt. in fin. de lib. cauſ.*
vel etiam ab adverſario ſibi delatum præſtent; *l. qvi juraſſe*; *26. in pr. de*
229. *jurej.* cum ſibi imputet, qvi tali impuberi juramentum detulit; *arg. l.*
*in diem*; *9. §. 1. de aqu. & aqu. plu. arc. Car. de juram. deciſ. qu. 10. qu. 13 prin.*
230. *n. 4.* Idem ætatis defectus obſtat, ne pupilli teſtes eſſe qveant tàm in
teſtamentis; *l. qvi teſtamento*; *20. in pr. qvi teſt. §. teſtes autem J. de teſtam.*
231. qvàm in judicio; *l. teſtium*; *3. § L. Juliâ, de teſtib. l. ex libero*; *15 §. 1. de qvæſt.*
*c. ſi teſtes*; *v. L. Juliâ 1. de vi*; *4. qu. 3. Cavalc. de teſt. p. 1. n. 17. & ſeqq.* Diſſ.
232. *Bach. diſp. 5. th. 4. l. a. vol. 2.* vbi ſtatuit pupillos non ſimpliciter arceri â
teſtimonio; qvamvis judicis arbitrio relinqvat, qvid huic teſtimonio
233. tribuere velit. Puberem verò in cauſis civilibus teſtem admitti citra
dubium eſt. At in criminalibus *20.* annis minor, vtcunq; ſit pubes,
234. teſtis eſſe non poteſt; *l. in teſtimonium*; *20. de teſt. Bocer. de tort. c. 3. n. 148.*
*Vital. tr. de malef. rubr. de teſt. n. 29. Schvvartzenth. Jud. ord. l. 2. c. 5. Ne-*
*belcrai. dec. 19.* vbi in facti ſpecie ad facultatem Juridicam Gieſenſem
transmiſsâ, ratione juvenis *16.* annorum, qvem accuſator in teſtimo-
235. nium vocaverat, illam ita reſpondiſſe teſtatur. Qvæſtionem qvoqve
hanc, an de his, qvæ in ætate pupillari vidit atq; audivit, pubes jam
factus teſtis eſſe qveat, Sabbatinam eſſe dicit Specul. *l. 1. p. 4. de teſte*;
*n. 35.* Ad qvam affirmativê reſpondent *Ang. de Clavaſſ. in caſ. conſc. tit.*
236. *teſtes*; *n. 7. Rauchbar. d. p. 1. n. 13 & ſeqq.* dummodò illa in ætate pubertati,
non vero infantiæ propiori, aut in ipsâ infantiâ, viderit atq; audiverit;
*Br. ad d. l. teſtium*; *§. L. Juliâ*; *Clar. d. n. 17. Specul. d. n. 35.* Diſſ. *Dec. ad l.*
*fœminæ*; *2. §. item impuberes*; *n. 11. v. ſed conſiderandum*; *de* R. *J.*

## IV.

**Sed tutoris *a*] auctoritate *b*] vtroqve caſu *c*] illis opus eſt.**

237. *a*] Cui à tuendo nomen inditum eſt; *l. 1. §. 1. de tut. §. 2. J. eod.*
cum pupillum ſuum tueri, circa adminiſtrationem rerum ejus eandem

dem diligentiam, qvam qvivis paterfamilias idoneus rebus ſuis ad-
hibet, præbere; *l. generaliter*; 10. *l. à tutoribus*; 33. *in pr. de A. & P. T. Treutl.*
*conſ. 20. n. 92. vol. 1. Sim. Piſt. conſi. 7. n. 8. int. conſ. M. Piſt. vol. 1.* omnia
cum vtilitate ejusdem gerere, neq; prætermittere debeat ea, qvæ vti-
lia, neq; admittere, qvæ invtilia illi videntur, *l. de creationibus*; 27. *C. de*
*epiſc. aud. l. fin. §. pen. C. de A. T.* R. G. P. tit. von der pupillen vnd minder-
jährigen Kinder tutoren vnd vormunden. *in pr. & §.* das er nach befohlner.
Qvæ præſtans reapſe ſtatus pupillaris tuitor ac tutator, defenſor, au- 238.
xiliator; *arg. l. 1. in pr. & §. 2. de min.* vel conſervator eſt; *arg. l. fructus*;
*7. §. fin. ibi, in tutelam ædificiorum*; *ſol. matr. Gothof. d. l. 7. cl. 1. refut. 1. pag. 16.*
Eleganter Cicero ſcripſit *l. 1. de offic.* tutelam ad vtilitatem horum, 239.
qvi commiſſi ſunt, non ad eorum, qvibus commiſſa eſt, eſſe inſtitu-
tam. Zaſius dicere ſolitus eſt; aureis literis ſcribi & publicè pro 240.
roſtris affigi debere; qvicqvid vſqvam de promotione & conſerva-
tione rei pupillaris ſcriptum extat; *Obr. d. diſp. 18. θ. 11.* Tuitionem ac 241.
defenſionem pupillorum antiqvo Germanico vocabulo Munde ex-
preſſam fuiſſe notat Commentat. *ad d. Chryſobull. Sigism. v. tutor & cu-*
*rator*; *pag. 154.* Indeq; nonnulli derivant ſeqventes voces Longobar- 242.
dorum; *Mundij*; h. e. tutelæ, *Mundualdi* tutoris, *Mundiburdij*, *Mundebur-*
*dæ*, *Momburgij*, *Mandiburgij & Mamburgij*, freyen ſchutz- vnd ſchirmverwandten;
nec non haſce noſtratium, Vormund / Mündlin / Vnmündig / Mundbar /
h. e. tutore carentis, cum *bar* idem ſit qvod Frey- Mundbarn flecks / pagi
in qvem nemo habet jurisdictionem; Mundherrn / Mundmans / Mund-
oder Schutzleute / Mundgelts; protectoris, in protectionem receptorū,
ac honorarij, qvod protectionis ratione ſolvi ſolet. Ipſum verò vo- 243.
cabulum à Germanico Mund deducunt, eò; qvod pupillus ore etiam
tutoris protegatur; huicq; maximè incumbat ſein mündlin zuverſprechen;
*Kn. de terr. jur. c. 4. n. 393. VVehn. in pr. Obſ. lit. M. tit. Monto*; *v. in LL. Lon-*
*gobard. & tit.* Mundbar. *Höping. in diſſert. hiſtor. jurid. de protect. ſive advo-*
*cat. concl. 62. lit. h. int. diſp. Baſ. vol. 6. Mag. de advoc. arm. c. 2. n. 248. & 263.*
*Drac. de O. & J. patric. c. 6. n. 24.* Præcipuum ſiqvidem ejus officium 244.
eſt, ne indefenſum pupillum relinqvat; *l. tutoris*; *30. de A. & P. T. Don.*
*l. 18. comm. J. C. c. 13. pag. 201. lim. 35.* Unde *in l. 2. in fin. C. qvand. mul. tut.*
tutores ſimpliciter *defenſores* dicuntur. Ad qvam defenſionem etiam 245.
pertinet *auctoritas* poteſtati tutoris relicta; *l. ſi tutor*; *17. h. t.* vt toties
eam adhibeat, qvoties neceſſe eſt; *Gregor. in ſynt. J. V. l. 12. c. 2. n. 5.*

eâq; judicium pupilli ſuppleatur; *l. qvamvis; 32. § 2. de A. vel. A. P.* Non-
246. nunqvam tamen patrimonium pupilli ita compoſitum eſt, vt nihil
gerere neceſſe ſit, in qvo tutoria auctoritas interponi debet; *l. qvi tu-*
247. *tor; 19. de A. & P. T.* *b*] Qvam vocem ab augendo deducunt *Al-*
*ciat. 2. parerg jur. c. 9. Schard. in lexic. vb. auctoritas; in pr. Calv. in lexic. ju-*
*rid. verb. auctor. n. 60.* cum auctor alicujus facinoris aſſeclas ſibi qværens eorum numerum mox augeat; veluti â ſeditionis auctore po-
pulum concitante, ſodalitates contrahente, multosq; in qvorum o-
dio magiſtratus eſt, ſpe, precio & qvibuscunq; aliis modis ad partes
ſuas ſolicitante, fieri ſolet; *l. ejusdem; 3. §. item is; 4. ad L. C. de ſic. l. ſi*
248. *qvis aliud; 38. §. 2. de pœn. Halicar. antiqu. Rom. l 4. p. 351.* Varias illa ſi-
gnificationes habet. Interdum enim accipitur pro ſententiâ, qvam
qvis primus eſt commentus, tametſi deinde per traduces in qvam-
plurimos manaverit; *Plaut. in trinum. act. 1. ſc. 2.* ibi; qvod ſi exqvi-
ratur â ſtirpe auctoritas, id eſt, â primo rumoris auctore; *Taub. in com.*
249. *ibid. n. 180.* Significat item vſucapionem; *l. fin. de aqu. & aqu. plu.* nec
non jus rei ſuæ vindicandæ qvalibet vſucapione excluſâ. Unde lege
Atiniâ dicebatur: *Qvod ſurreptum erit, ejus rei perpetua auctoritas eſto.*
250. Et in *l. 12. tabb.* adverſus hoſtem perpetua auctoritas. Nonnunqvam
etiam actionem pro re evictâ denotat; *l. fin. de evict.* Hinc venditor,
ſi ejus rei, qvam vendidit, dominus non ſit, precio accepto *auctori-*
251. *tatis* manet obnoxius; *Paul: 7. ſent. 17. § 1.* Ac tali caſu emtor con-
ventus auctori laudato; *l. Herennius; 63. §. 1. d. t.* litem denunciare ſo-
let, vt ab eo defendatur; *l. qvi abſentem; 75. de procur. l. venditor; 49. de*
*jud. l. 1. C. de per. & comm. re. vend.* atq; adverſus eum regreſſum habere
qveat; *l. ſi fundo; 53. in fin. de evict. l. emtor fundi; 8. l. ſi parentes; 26. C. eod.*
252. Auctore defuncto heredibus ejus denunciatio fieri debet; *l. ſi per;*
*51. §. 1. de evict. l. in executione; 85. § in ſolidum; 5. l. cum ex cauſâ; 139. de V. O.*
*d. l. emtor fundi. l. ſi controverſia; 9. l. cum ſucceſſores; 23. C. de evict.* & qvi-
dem omnibus; *l. ſi rem; 62. § 1. ff. eod.* cum aliâs emtor non habeat re-
greſſum contra illos, qvibus non denunciavit; *Caſtr. in d. l. in execu-*
*tione; n. 9.* Si item res vendita per plures manus ê venditione tranſi-
253. vit, ac lis movetur vltimo emtori; tum qvoad hunc effectum, vt pri-
mus venditor de evictione teneatur, non tantum vltimus emtor ſuo
auctori; ſed etiam ordine ê reliqvis qvilibet ſuo litem denunciare
debet, donec ad primum perveniatur; *gl. in l. 22. §. 1. in verb. agere, de*
*evict.*



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0036

*evict. Cabal. de evict. ſſ. 3. n. 143.* cum alias adverſus illum, cui non eſt denunciatum, regresſus haud pateat; *d. l. 1. C. vb. in rem. d. l. 1. C. de per. & com. re vend. l. emtor; 8. C. de evict. Mynſ. cent. 6. O. 37. n. 2. Vigel. in M. J. C. p. 5. l. 18. c. 14. n. 18.* licet alijs facta fuerit denunciatio, *Schn. in rubr. de act. ex emt. n. 52.* Hunc autem effectum litis denunciatio mi- 254.
nimè habet, vt eâ factâ primò conventus à proſecutione litis eximatur; *VVurmſ. l. 1. tit. 32. O. 1. n. 8.* ſive etiam denunciatum neceſſariò judicium accipere oporteat; *Mejer. d. tom. prior. l. 21. tit. 2. n. 10. verſ. neq; tamen; Bachov. vol. 2. diſp. 2. θ 7. lit. a. ad vb. illud etiam hic.* Qvamvis enim motâ qvæſtione ad rem defendendam auctor rectè convenitur; *l. ſi plus; 74. §. motâ; 2. de evict.* attamen ipſam litem ſuſcipere compelli neqvit, ſed auditur, ſi dicat, ſe, re per ſententiam evictâ, id qvod intereſt, præſtare velle; *l. 1. C. vb. in rem. d. l. 9. l. cum ſucceſſores; 23. C. de evict.* ac reus conventus nihilominus in causâ procedere, litem conteſtari & alia facere tenetur, qvæ de jure reqviruntur; cum vigore denunciationis factæ regreſſum ſuum contra auctorem habere pos-
ſit; *Berl. p. 1. concl. pr. 24. n. 107.* Imò etiamſi auctor vel defenſorio vel 255.
procuratorio nomine litem in ſe ſuſcipiat: ulterius tamen ille in eâ permanere cogitur, ac ſententia contra eum profertur & executioni mandatur; *Jmbert. in pr. civ. & crim l. 1. c. 20. vſ. atqvi. d. P.* vnd G. O. c. von der *Litis conteſtation, 14. ibi,* der beklagte ſol aber nichts deſto-
weniger *in lite* bleiben vnd derowegen das vrtheil/ ſo darauff folget/ wieder jhn
volſtreckt werden. Aliqvando per auctoritatem jus, qvod qvis ab aucto- 256.
re, id eſt, venditore, eove, à qvo rem habet, conſecutus eſt; *l. fin. in pr.*
*de pignor. act.* multoties etiam mandatum principis, ſeu ſenatus, intel- 257.
ligitur; *N. Valent. de indulg. reliqvor. ibi, vix vno è provinciâ decedente mox alter cum novis auctoritatibus excurrit.* Legationes cum publicis auctoritatibus & teſtimonijs venerunt. Item in tabellis nihil erat aucto-
ritatis; *Cic. in Ver. p. 33. Alciat. d. c. 9.* Auctoritatis qvoqve nomine 258.
indigitari ſolent literæ magiſtratuum, qvæ, aliqvid imperandi vetandive ergò, publicè proponuntur; *l. fin. C. de fabric. l. diligenter; 9. C. de aqvæd.* qvæve ijs dantur, qvos militiæ ſuæ adſignant; *l. probatorias; 9.*
*C. de diverſ. off.* Præterea hoc nomine ſignificatur pondus, monumen- 259.
tum, teſtimonium, vis, fides; *Nizol. in thes Cic. tit. auctoritas.* Tandem
etiam auctoritas vocatur præeminentia qvædam, qvam poteſtatis 260.
excellentia, eruditio, ætas, vitæ probitas, merita & honores com-

mendant: ob qvam dictis factisq; cujuspiam plurimum deferimus;
*Cic. 2. de divin. Calep. in dict. ling. lat. vb. auctoritas.* Verum ea principa-
261. liter non canitie, non divitiarum affluentiâ, non generis ſplendore
alijsve externis commodis; multò minus φιλαυτιας ſtudio, tumidâ
ſordentis laudis enarratione, calumnioſâ aliorum ſugillatione, vo-
ce horridâ aut torvo vultu, talive modo comparatur, qvo nonnun-
262. qvam in dignitate conſtituti pro auctoritate, ut vulgò dicitur, agere
conantes tritum illud uſurpant:

*Sic volo, ſic jubeo, ſtat pro ratione voluntas.*

Imò hac ratione vera auctoritas magis perditur; *Dn. Sibrand. d. ſect.*
263. *14. n. 77.* Singulareqve illa Dei donum eſt, aliqvid divini conferens,
præſertim ijs, qvi alijs præeſſe debent; *Greg. de R. P. l. 23. c. 9. n. 14. in fin.*
264. atq; tribus potisſimum conſtat, virtute, felicitate & devotâ volunta-
tis eorum, qvibus præficiuntur, inclinatione; *Melancht. p. 2. oper. in expl.*
*c. 11. Dan. in hist. Antioch. Epiphan. p. 499. Lehman. in floríleg. pol. tit. Anſehen,*
265. *n. 31.* Pijs precibus, fideli munerum perfunctione, rebus fideliter
præclarê & indefeſſo ſtudio geſtis, nec non comitate conſervatio illi-
266. us nititur. Cui ſtudens non moroſus ſed patiens ſit, cum ingenio ta-
men, ne contemtibilis videatur; *l. ſolent, 6. §. legatos; 2. junct. l. nec; 9.*
*§. circa. 2. de O. Proconſ.* vitetq; vlteriorem familiaritatem, eamq; conver-
ſationem, ex qva contemtio dignitatis naſcitur; *l. obſervandum; 19. de*
267. *O. Præſ.* Hac auctoritate Deus mandatarios & miniſtros ſuos, per
qvos hierarchias regit, veluti Gorgone aut caduceis, munire ſolet;
268. *Richt. ax. pol. 7.* Auctoritatem hominibus qvoad regimen animalium
validisſimo hocce diplomate concesſit: Terror veſter ac tremor
ſit ſuper cuncta animalia terræ & ſuper omnes volucres cœli, cum
vniverſis, qvæ moventur ſuper terram & ſuper omnes piſces maris;
269. *Gen. 9. v. 2.* Auctoritate etiam præcipuos Eccleſiæ DD. donat; *1. Sam.*
*2. vſ. 26. Gal. 2. v. 2.* eâq; illos ſanctos & inviolabiles reddit; *Pſ. 105. n. 18.*
*ibi, Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* Idem
270. in ordine politico vtrumqve facit, vt oculus videat & auris audiat;
*Prov. 20. v. 12.* h. e. auctoritatis dono magiſtratum ornat, idq; eò ma-
gis auget, qvò magis ſubditorum animos ad obedientiam propenſos
reddit. Singularis auctoritas & majeſtas apparebat in Moyſe, cum
eam accepiſſet è colloqvio Domini & videbatur facies ejus cornuta,
qvam duræ cervicis populus, niſi velum ille obduceret, haud intueri
poterat;

poterat; *Exod. 34. v. 29. & ſeqq.* Seniores qvoq; populi, qvi collegæ gu-
bernationis illi dabantur, auctoritate admodum ſplendebant; *Num.* 271.
*11. v. 25.* Poſtqvam Spiritus Domini virtute ſuâ Gideon, qvem paulò
ante privatum, propter deſtructam aram Baal, tanqvam ſacrilegum, 272.
populus ad ſupplicium trahi poſtulabat, inſignem heroa effecerat,
omnes eum reveriti atqve Ducem arma gerentes ſecuti ſunt; *Jud. 6.*
*v. 34.* Sauli, cum à Samuele in regem vnctus fuiſſet, cor immutaba- 273.
tur, eiqve ad patrios lares reduci obviam euntes agnitâ auctoritate
munera affatim offerebant; congratulante ſvaviter Prophetarum
choro; *1. Sam. 10. v. 9. & ſeqq.* Davidi ſtatim poſt vnctionem regiam
maxima auctoritas donabatur; *1. Sam. 16. v. 13. & c. 18. v. 5. 2. Sam. 7. v. 9.* 274.
Spiritusqve Domini recedebat à Saule & exagitabat eum ſpiritus ne-
qvam; *d. c. 16. v. 15.* Nam aliqvando Deus ſuper gubernatores R. P. 275.
tum ob propria, tum ob populi peccata, auctoritate exutos contem-
tum effundit, vt omnia ſummâ cum ἀταξίᾳ in pejus ruant; *Pſal. 107.*
*v. 40.* Ipſeq; aliqvando in irâ ſua Regem impium dat, inq; indignatio-
ne ſuâ idoneum, viroſq; auctoritate præſtantes è medio tollit; *Oſeæ 13.*
*v. 12. Eſa. 3. v. 3.* Nihilqve etiam aliud agunt ij, qvi exemplo Diomedis 276.
& Ulyſsis per cuniculos Palladium hoc à ſacro ordine h. e. à magi-
ſtratu apicem ſummumq; faſtigium, *nempe auctoritatem* ſine qvâ is ni-
hil feliciter ſuſcipere aut gerere poteſt, honoremq; non tàm perſonæ
qvàm officio debitum; *Dn. Sibrand. d. ſect 14. n. 9.* auferunt: qvam
qvod ipſius ſtatus publici pernicioſam mutationem ſummopere pro-
movent; *Jun. tom. 1. Orat. 5. p. 353.* Qvando enim illum eò deduxe-
runt, vt humili auctoritate ſit, vinculum obedientiæ à ſubditis debi-
tæ tantò facilius ſolvitur, atq; in concurſu τῶν φιλοπρώτων populo
ob defectum veri conſilij corruente *Prov. 11. verſ. 14.* ac qvolibet fa-
ciente, qvod rectum videtur in oculis ſuis; *Jud. 21. verſ. vlt* omnia ad
interitum vergunt. Qvod exemplis aliqvot illuſtribus probat Nor-
derman *d. diſp. θ 6. l. c.* Parentum qvoq; auctoritatem, qvæ radius 277.
divinæ majeſtatis perhibetur; *P. Fab. 3. ſem. c. 16 p. 23.* aliorumve con-
ſervationi ordinis tàm politici in genere qvàm Oeconomici neceſſa-
riam Deus 4. Decalogi præcepto largiſsimæ benedictionis promiſ-
ſionem habente firmam reddidit. Hanc Naſo *d. l. 5. Faſt.* hocce di-
ſticho commendat:

*Illa patres in honore ſuo matresq; tuetur;*
*Illa comes pueris virginibusq; venit.*

278. In jure noſtro ſæpius memoratæ vocis qvoad diverſa ſubjecta cre-
brius mentio fit, veluti qvoad principem, qvando ſumma ejus pote-
ſtas, qvam in imperio habet, innuitur, *Norderm. d. diſp. ϑ. 10. l. 6.* De
qvâ auctoritate loqvitur *l. 2. in pr. de adopt. l. 5. in fin. C. de his qvi ven.* In
*l. digna; 4. C. de LL.* auctoritatem principis à juris auctoritate pendere
279. DD. Theodoſ. & Valentin. graviter admodum reſcribunt. Auctori-
tas item refertur ad magiſtratum; *l. cum alicui; 26. in pr. de negot. geſt.*
viros conſulares; *l. non debet; 11. de dol.* juris ſcientiam *l. ſi ſervum; 91. §.
ſequitur; 3. vſ. eſſe enim; de V. O.* exiſtimatione ac prudentiâ pollentes
JCtos; *l. 2. §. poſt hunc; 47. in pr. & verſ. huic ſucceſſit; de O. J. l. 1. § 3. de
vſufr. accreſc. l. qværo; 39. de Æ. E. l. 2. de nund. l. cum antiqvitas; 13. C. de
vſufr. l. 1. C. de V. S.* judicem; *t. tit. de reb. auct. jud. poſſid. l. qvi auctore;
137. de R. J. l. 1. in pr. C. ſi per vim* regentem exercitũ; *l. officium; 12. in fin.
de re milit.* patrem ac dominum; *l. 2. § 1. de publ.* agnationis jure con-
junctos; *l. cum adoptio; 7. de adopt.* jusjurandum; *l. 2. de jurejur.* res judi-
catas; *l. ſervo invito; 62. §. 2. ad SC. Treb.* conſvetudinem & longævum
vſum; *l. 2. C. qvæ ſit long. conſvet.* libros principali juſſu conſcriptos;
*l. 1. §. ſed neq; 6. in fin. C. de V. J. E.* In hoc autem Marciani reſponſo
280. auctoritas propriè ſignificat approbationem â tutore factam eorum,
qvæ pupillus in judicio peragit; *l. etiamſi; 3. h. t. l. fin. in fin. C. eod. S.
Brand & Cujac. in ϖ. h. Mejer. in d. colleg. l. 26. tit. 8. n. 3. Dn. Præſ. d. diſp. 10.
ϑ. 68. Bachov. ad §. tutor. autem; h. t.* Sicqve verbum *auctorari* vſurpa-
281. tum in *l. etſi; 4. h. t. l. hujus actionis; 9. in pr. qvod falſ. tut.* idem denotat
qvod *comprobare.* Auctoritatem â conſenſu, cujus in *h. t.* qvoad cu-
282. ratores mentio fit, nonnulli ita diſtingvunt, qvod illa præcipuè ad in-
tegrandam contrahentis perſonam; hic verò ad actus confirmatio-
nem interponatur; *Bl. ad l. cum non ſolum; 8. §. neceſſitate; C. de bon. qvæ
liber. Joh. Phil. reſp. 2. n. 17. VVeſ. in ϖ. h. t. lit. s.* illaq; potius ad admi-
niſtrationem ſeu factum, qvàm animum; hic vero magis ad hunc,
qvàm ad illud referatur; *Her. de fidei. c. 7. n. 76.* c] *d. l. etiamſi;
Scaccia. de jud. cauſ. civil. crim. & hæret. l. 2. c. 17. n. 735.* Et qvidem, qvod
283. cauſas criminales attinet, pupillis accuſatoribus auctoritas tutorum
omninô neceſſaria eſt; *l. 2. §. 1. de accuſ.* qvamvis & his illorum nomi-
ne accuſare integrum ſit; *l. tutorem; 22. de his qvæ vt indign. l. D. Hadri-*

*anus;*

anus; 14. ad SC. Turp. Inprimis verò pupillis accuſatis tutores ſtrenuè 284.
adeſſe atqve ſvaſione ſua perfectiſſimâ proſpicere jubentur, ne ij ex
imperitiâ, vel juvenili calore, aliqvid vel dicant, vel taceant; qvod ſi
fuiſſet prolatum, vel non expreſſum, prodeſſe ijs poterat atq; à dete-
riore calculo eos eripere; l. clarum; 4. C. h. t. Idemq; etiam qvoad pu- 285.
beres minores obſervari debere, vt curatorum auctoritas ejuſmodi
in cauſis ijs accedat, in d. l. expreſſè ſancitur. Qvodq; hoc in regnis 286.
Hiſpanicis ita adhuc hodie obſervetur, ex Placâ notat Gothofr. ad d.
l. lit. ſ. Diverſum vero obtinet in Italia; Chartar. in pr. & theor. interr. 287.
reor. l. 3. n. 5. in Franciâ; Rebuff. in conſt. reg. in proœm. gl. 5. n. 72. Imbert.
in enchirid. verb. auctorité du curateur pag. 12. Boër dec. 63. n. 6. in fin. Pap. l. 15. 288.
tit. 5. ar. 10. vbi neq; tutorem neq; curatorem pupillum vel adultum
criminaliter accuſatos defendere teneri arreſto ſupremæ curiæ Pa-
riſienſis anno 1544. prolato probat. Idem receptum eſt in Belgio; 289.
Chriſtin. dec. 169. n. 5 v. qvâ lege; vol. 3. Burgundiâ; Grivel. dec. 40. n. 60.
alijsve multis locis; Menoch. conſ. 1000. n. 149. & ſeqq. Sed qværitur hac 290.
occaſione; an capitaliter accuſatus abſens etiam per procuratorem
ſe defendere poſſit? Neg. per. l. pen. in fin. de publ. jud. l. miles qvi; 11. §. 291.
ea qvæ; 2. ad L. J. de adult. l. 1. an per al. cauſ. app. l. 2. C. de procur. l. fin. in
pr. C. vb. ſen. l. tunc convenit; 15. C. de accuſ. Clar in pr. crim. qu. 37. n. 2. Geil.
de P. P. l. 1. c. 10. n. 1. 2. & 3. VVurms. tit. 5. O. 11. Morla in emp. J. V. p. 1. tit. 8.
n. 55. niſi id fiat poſt litis conteſtationem; l. ſervum; 33. §. publicè; de
procur. l. inter; 10. de publ. jud. l. reos; 3. C. de accuſ. Cujac. l. 25. O. 20. 292.
& l. 2. deſ. Papin. p. 648. col. 2. & in l. 19. reſp. Pap. p. 573. col. 2. in fin. & §.
ſequ. Boc. cl. 6. diſp. 6. θ. 39. & diſp. 38 θ. 39. Patrem autem ad deducendam 293.
filij abſentis accuſati innocentiam admittendum eſſe reſponderunt
JCti Jenenſes, Marpurgenſes & Gieſenſes; Arum. l. 1. dec. 7. n. 45. Ne-
beler. dec. 20. §. at his non obſtantibus; per l. 1. in pr. de liber. cauſ. l. exigendi;
12. C. de procur. Idemq; 16. Julij anno 1590. curiæ Megapolitanæ in ardua
causâ placuiſſe teſtantur Cothm. reſp. 15. n. 27. vol. 3. Bull. conſ. 1. qu. 3.
Sed & in civilibus cauſis tutor pupillum defendere litemq; præpara- 294.
tam ſecundum leges inſtruere tenetur. Et ſi hoc recuſaverit, vel ſu-
bire diſtulerit, non ſolum, vt ſuſpectus, amovetur, amiſſâ exiſtima-
tione; ſed etiam ex ſubſtantia ſuâ omne detrimentum, qvod pupillus
ex recuſatione defenſionis ſuſtinet, reſarcire cogitur; l. fin. in pr. C.
de A. T. Nihilq; omninò agi in judicio poteſt qvod noceat pupillis in- 295.
defen-

defenſis; *l. acta; 45. §. fin. de re jud. d. l. 1. C. qvi legit. perſ. l. cum & mi-*
296. *nores; 4. C. ſi adv. rem jud.* Qvæ autem cum eorundem compendio,
ſine tutorum auctoritate, in illo acta fuerunt, firma manent; *gl. in l.*
*non eò minus; C. de procur. Specul. l. 1. rubr. de act. n. 7. Bocer. cl. 6. diſp. 4. θ.*
297. *39.* In extrajudicialibus item pupilli cauſis, qvæ damni periculum
habent, omninò tutoris auctoritas reqviritur: qvia ſine hâc ille rem
ſuam deteriorem facere neqvit; *l. obligari; 9. in pr. h. t. §. 1. J. eod.* Imò
298. ne qvidem ea adhibitâ pupillus infans obligari poteſt; *l. 1. §. ſufficit; 2.*
*de A. & P. T. §. ſed qvod diximus; J. de invt. ſtipul.* cum nullus ejus ſit con-
299. ſenſus; *l. coram; 209. l. fin. de V. S.* ſine qvo nulla ex contractu obligatio
eſt; *l. 1. §. 1. de pact.* ſicq; tutor contractum vel conſenſum; qvi non eſt,
comprobare neqveat; *Don. in l. ſi pupillus; 127. de V. O. & l. 12. com. c. 22.*
*pag. 84. in pr. Obr. d. diſp. 18. θ. 130.* Diſſ. *Cujac. in d. l. ſi pupillus;* Pupillis
300. autem, qvi infantes non ſunt, in prædictis cauſis auctoritas omninò
neceſſaria eſt. Absq; eâ enim per ſe neq; hereditatem adire, neq; bo-
norum poſſeſſionem petere, neqve hereditatem ex fideicommiſſo
ſuſcipere, neq; aliis promittere vel ſe obligare; *l. verum; 9. de inſt. act.*
*l. more; 8. & l. ſequ. de A. vel O. H. §. 1. & 2. J. h. t* vel actiones remittere;
301. *l. 2. C. h. t.* aut res ſuas diſtrahere poſſunt; *§. fin. J. qvib. al. lic.* adeò vt
eas diſtractas non obſtante longi temporis præſcriptione recuperare
qveant; *l. 3. C. h. t. l. fin. in pr. C. com. de vſucap.* Qvibus concordat
302. Landrecht deß Hertzogthumb Preuſen *t. 6. art. 7. ibi;* Es iſt auch ferner im Recht
verſehen/ das die pupillen vnd vnmündigen/ ohne conſens vnd zuthuung jhrer
Vormünder/ ſich wircklich nicht verobligiren noch verpflichten mögen. Denn in
allen vnd jeden fällen/ darauß einige obligation oder verpflichtung/ als mit keu-
fen/ verkeufen/ miethen/ vermiethen/ beſtändnüſſen vnd anderen handthierungen
vnd contracten entſtehen mögte/ ſol eines vnmündigen handlung ohne auctori-
tet/ willen oder gutheiſen der Vormünder/ keines weges ſtatthaben/ ſondern alle
obligationes vnd verpflichtungen/ ſo die vnmündige hierinn thun/ ſeind an jh-
nen ſelbſt nichts vnd krafftloß. Item: Was jhnen im wenigſten zum nachtheil
vnd ſchaden gereichen mögte/ ſol vnd muß durch die Vormünder allein gehandelt
oder mit jhrer *auctoriset corroborirt* werden. Et qvamvis pubertati pro-
303. pior pupillus ſine tutoris auctoritate contrahens obligetur natura-
liter; ſive ex ejus conſenſu, qvamvis fragili & infirmo, naturalis ob-
ligatio, qvæ ejus coæqvatus effectus eſt, naſcatur; *l. ſi pupillus; 21. in pr.*
*ad l. Falcid. l. cum illud; 25. §. 1. qvand. dies leg. l. 1. §. 1. in fin. de novat. l. in*
*numerationibus; 44. l. Stichum 95. §. aditi; 7. de ſolut.* attamen cum fa-

vore pupilli obligatio iſta infirmata ſit ademtis effectibus, qvi aliâs
naturalem obligationem ſeqvuntur; ideò fit vt pro non obligato pu- 304.
pillus habeatur, eoq; reſpectu naturâ debere negetur; *l. qvod pupillus;*
*41. de condict. indeb. l. pupillus; 59. de O. & A.* adeòq; creditor adverſus 305.
pupillum, qvi pecuniam mutuò acceptam malè conſumſit, nec com-
penſandi nec ſolutum retinendi jus habeat; *l. fin. de jurej. d. l. qvod pu-*
*pillus.* Pupillum tamen locupletiorem factum; *l. naturaliter; 13. in fin.* 306.
*de cond. indeb. l. ſed mihi; 3. in pr. commod. l. eatenus; 10. de inst. act. l. pu-*
*pillus; 5. h. t. l. apud Celſum; 4. §. ſi qvis pupillo; 4. de dol. mal. & met. ex-*
*cept. l. in pupillo; 47. in pr. de ſol. l. fin. C. com. de vſucap.* aut ex dolo ſuo, 307.
ſine tutoris auctoritate, obligari verum eſt; *l. 1. §. an in pupillum; 15.*
*depoſ. l. 2. de fidejuſſ. l. pupillum; 111. de R. J.* Idem ſtatuitur *d. art. 7. ibi;* 308.
Wo jhnen aber von jemand gelt oder etwas anders geliehen oder zubehalten ge-
geben were / daſſelbe mag von jhnen / oder jhren vormünderen / wircklich nicht
mehr condicirt / geheiſchet oder gefordert werden / ſie hätten denn daſſelbe gelie-
hen oder zubehalten gegebnes gut noch in jhrer gewalt / oder ſie darmit *dolosè,* be-
trieglich gehandelt / vnd ſolches betrugs ſelbſt fähig weren: Alsdann ſeind ſie das /
ſo ſie alſo empfangen / wieder zugeben ſchuldig. Denn niemand ſol ſich mit ei-
nes andern ſchaden bereichern / noch ſeines betrugs einigen genieß empfahen.
Evenit qvoq;, ſi de tertio agatur, cui jura non conſultum volunt, vt 309.
pupillus, cujus ſolius favore effectus obligationis aliâs ademti ſunt,
hactenus qvaſi pro obligato habeatur, qvò acceſſoria obligatio, qvæ
ſine principali aliqvâ eſſe non poteſt; *l. fidejuſſor obligari; 9. in pr. de fi-*
*dejuſſ.* ſuſtineatur. Qvare is, *qvi pro pupillo ſine tutoris auctoritate promit-* 310.
*tente fidejubet, conſtituit, novat &c.* efficaciter obſtringitur; qvoniam et-
iam naturalis obligatio has acceſſiones admittit; *l. ſi pupillus; 35. de*
*recept. qvi arbitr. l. 1. & ſequ. C. de fidei. Bachou. vol. 1. diſp. 6. θ 5. lit. b. Her. de*
*fidei. c. 5. n. 346.* Similiter in omnibus prædictis cauſis extrajudicia- 311.
libus pupilli conditionem ſuam ſine tutoris auctoritate meliorem
facere poſſunt; *l. contra juris civilis 28 in pr. verſ. ex diverſo; de pact. l. cum*
*hi; 8. §. eam; 13. & § ſi qvis à pupillo; 29. de A. E. l. obligari; 9. in pr. h. t.*
*l. pupillus; 11. de A. R. D. l. 2. de accept. l. non eò minus; 14. C. de procur.*
*l. 1. C. h. t. l. neq; tutoris; 7. C. de contr. ſtip. §. 1. J. h. t. §. pupillus, 9. J. de*
*invt. ſtipul. Damhouder. de tut. & cur. mun. c. 7. n. 43.* Idem expri- 312.
mitur *d. art. 7* hiſce verbis: Aber in ſachen vnd fällen / darauff ohne mit-
tel jhr nutz ſtehet / vnd darauß ſie gar keinen ſchaden zugewarten haben / als ſo jh-
nen etwas verheiſchen / gegeben / oder geſchenckt / oder ſonſten remittirt vnd nach-
gelaſſen wird / iſt jhrer vormünder gegenwart / conſens oder auctoritet nicht nö-

tig. Denn ſie für ſich ihren nutz vnd frommen förderen mögen. Ceſſat ſiqvi-
313. dem in ejusmodi cauſis ratio, ob qvam auctoritas exigitur; *l. adigere; 6. §. 2. de J. patr. c. cum ceſſante; 60. de appell.* nempe ad tuitionem & de-
314. fenſionem directa: atqve proletarium eſt, qvod omiſſa ſolemnitas, qvæ ad alicujus perſonæ favorem exigitur, actum minimè vitiet, ſi illi is vtilis ſit & expediat; *Suaretz in thes. recept. ſent. l. S. verſ 135 & l. M. verb. mulier, verſ. 266. Fab. C. def. for. l. 5. tit. 35. d. 1. n. 9. Berl. concl. pr.*
315. *17. n. 119. verſ. deniq; p. 2.* ne videlicet illud, qvod in favorem perſonæ alicujus introductum eſt, in ejusdem convertatur odium; contra *l.*
316. *qvod favore; 6. C. de LL.* Atqve ex modò dictis etiam ad hanc qvæſtionem reſponderi poteſt, ecqvid ſponſalia à pupillis, ſine tutorum auctoritate, contracta ſint valida? Sine hâc enim pupillus meliorem tali qvoq; in caſu conditionem ſuam facere poteſt, non verò deteri-
317. orem. Qvare ſi ſponſalia in ejus detrimentum vergant, puta, ſi puella technis circumventa, clàm fidem dederit, promisſionisqve pœnitens liberari cupiat, vel tutor etiã juſtâ de causâ intercedens ſponſalia dirimi petat; tum ea, ſi is pupillæ auctoritatem non accommodârit, diſſolvi poſſunt; *Cypr. de ſponſ. c. 6 §. 9. n. 19 Bechſtad. de condit.*
318. *ſponſ. p. 2. c. 1. n. 15.* Secus verò ſe res habet, ſi illa conditionem ſuam per ſponſalia meliorem faciat, aut ab ijs recedere nolit. Tum ſiqvidem, citra voluntatem puellæ, tutor ſponſalia disſolvere non poteſt;
319. *l. ſi puellæ; 6. de ſponſ. Beuſt. de matr. c. 49.* Cumqve hodie, è generali qvadam, & vbiqve fere locorum receptâ, conſvetudine, ij, qvibus ſemel tutelæ adminiſtratio decreta eſt, poſt puberem etiam minorũ ætatem, curatores permaneant, illisq; tamdiu præſint, donec majores fiant; *Geil. 2. O. 90. n. 15. d. O. P. E. d. tit 15. art. 2. ibi*; ſo bleiben nichts deſtoweniger auß lang hergebrachter gewonheit vnd eingeführtem gebrauch dieſelbe vormunder alsdann curatores/ biß ſie das 21. Jahr jhres alters erlangen. ideò idem qvoqve de ijs, qvoad ejusmodi caſum, dicendum erit;
320. *Cypr. d. loc. Cothm. reſp. 34. n. 137 vol. 3.* Aliàs liber adultis conſenſus relinqvitur, neqve imperare poſſunt curatores puellæ, vt huic vel illi nubat aut non nubat, *l. ſciendum; 20. de R. N.* neqve illorum, nec cognatorum vel affinium auctoritas reqviritur, ſed ſpectatur ejus voluntas, de cujus conjunctione tractatur; *l. in copulandis; 8 C. de nupt.*
321. *Bocer. cl. 1. diſp. 9. θ. 20.* Valent tamen ſtatuta, qvæ curatorum & propinqvorum conſilium ac ſcientiam in ſponſalibus contrahendis adhiberi

hiberi volunt; *Mejer. d. tom. prior. l. 23. c. 2. θ. 12.* non qvod ſubſtantia matrimonij inde pendeat, ſed vt nihil, inconſultis & inſcijs illis, in re tam ſeriâ & ſacrâ peragatur; *Heig. part. pr. qu. 22. n. 8* In regno Sveciæ virginibus tutores habentibus, ſine eorum conſenſu, nubere non permittitur: ſed & his illas deſponſare impune haud licet, niſi qvatuor 322. teſtibus præſentibus; duobus ex parte ſponſi, & Sponſæ totidem, mulctâ qvadraginta marcarum in eum conſtitutâ, qvi ſecus fecerit. *Auct. comment. polit. de Svec. c. 2. p. 74.* Huic non multùm abſimilis ordinatio extat in regno Daniæ; *Cypr. d. tr. c. 10. §. 1. Cothm. d. reſp. n. 148.* In *d. Ord. polit. electorat. Palat. tit. 3. art. 16.* hâc de re ita cavetur: **Die vormunder oder pfleger ſollen bey jhrem eyd vnd ambtspflicht fleiſſig aufſehen haben/** 323. **darmit jhre pflegkinder/ wenn ſie jhre mannbare Jahre erreicht vnd zur verheiratung tüglich vnd geneigt/ nicht bößlich verführt/ gereitzt noch verkuppelt/ ſondern/ mit gutem rath vnd vorbetrachtung jhrer nechſten freundte vnd verwandten/ zun ehren wohl vnd bedächtlich verheirathet/ fürnehmlich hierinn von den vormunderen jhrer ſelbſt oder der jhrigen eigennütziges eindringen oder vortheil bey ernſtlicher ſtraff vermitten vnd keines weges gebraucht werden.** Qvod & juri communi convenit: qvo matrimonium inter pupillam non de- 324. ſponſam â patre, nec teſtamento deſtinatam; & tutorem ſeu curatorem, filiosqve eorum interdicitur; *l. tutor; 15. de ſponſ. l. tutor; 36. l. SC. 59. & l. ſequ. l. non eſt; 66. & l. ſequ. de R. N. l. vlt. de legat. 1. l. 2. §. 1. de his, qvæ vt indign. l. qui pupillam; 7. ad L. Jul. de adult. l. 1. & tot. tit. C. de interd. matr. int. pup. l. ampliſſimi; 4. C. de excuſ. tut.* In Saxoniæ electoralis provincijs, D. Auguſti articulis generalibus viſitat. *de an. 1557. tit.* 325. **von Eheſachen vnd Hochzeiten/ §. vnd nach dem**; atqve reformat. *de an. 1582. tit.* **von Ehegelöbnüſſen/ §. wenn aber**; conſtitutum eſt, qvod minores parentibus orbi clàm, ſine curatorum ac propinqvorum conſilio & ſcientiâ, contrahentes ſponſalia nihil agant, niſi poſtea in præſentiâ bonorum hominum talia reiterent vel denuò repromittant. Tum enim defectus clandeſtinitatis ſanatus cenſetur, ſiq; nullam ſatis 326. juſtam contradicendi cauſam habeant, fruſtrà, ob prædictam rationem, illorum expectatur conſenſus; *Heig. d. qu. n. 9. & n. 52.* Conſtitutionis electoralis Brandenburgicæ, qvæ itidem reqvirit, vt ejusmodi 327. perſonæ, conſultis ac ſcientibus curatoribus, ſponſalia contrahant, meminit *Scheplitz in conſt. Marchic. p. 1. tit. 2. §. 2. Cothm. d. reſp. n. 146.* In ordinatione Eccleſiaſticâ Dn. Joh. Caſimiri D. Sax. *l. 2. tit. de ſponſalibus clandeſtinis §.* **Die jenige perſonen** *p. 330.*; idem hiſce verbis conſtitu- 328.

 itur:

itur: Die jenige perſonen/ deren Elteren verſtorben/ ſollen ſich mit der vormün-
der/ oder wo die nicht vorhanden/ mit jhrer nechſten blutsfreunde vorwiſſen vnd
rath verheyrathen / immaſſen die vormünder/ allerhand verdacht zuverhüten vnd
vnziembliches fürnehmen abzuwenden jhre pflegſöhne vnd töchter in gegenwart
vnd mit zuziehung zum wenigſten zweyer nechſten gewandten freunde/oder in de-
rer mangelung anderer zweyer ehrlicher männer/ verloben ſollen. Cui concor-
339. dat Cellenſis in ducatu Lunæb. *anno 1549.* promulgata ordinatio. Idem
qvoqve hîc receptum eſt; *d. O. P. E. tit.* von heimlichen verlöbnüſſen. §.
330. als ſetzen ꝛc. *ibi,* vnd ſeiner Eltern/ oder in mangel derſelben der jenigen / ſo an
ſtadt der Eltern ſeind/ als vormunde vnd anderer nechſt geſipten vnd angewand-
ten freundte rath vnd vorwiſſen Chriſtlich vnd erbarlich anfahe. Simile ſtatu-
tum imperiali auctoritate firmatum Budiſſinæ extare notat *Tr. diſp. 6.*
331. *θ 5. lit. c. vol. 2.* Huc etiam ſpectant illa, qvæ habentur in der Stadt
Magdeburg reformirter willkühr *p. 2. tit.* von heimlichen verlöbnüſſen *1. in pr.* §.
Derohalb ein jeder *&* §. gleich recht; *ibi,* Vater- vnd Mutterloſe Jungfrawen
vnd junge Weibsperſonen ſollen wegen deß höchſten nachtheils/ ſo jhnen böſer
vnd vnglückhaffter heyrathen halben die gantze zeit jhres lebens vbern halß liegen
köndte/ ſo viel die verlöbnüſſen betrifft/ vnter einer ewigwehrenden tutel/ ſchutz/
pflege vñ cuſtodi jhrer vormunder/ auch nechſten freunde/ vñ vnſer/ als deß Raths/
ſein/ vnd ſich ohn jhrer nechſten freunde vnd vormünder willen vnd volwort/ oder
ohne beliebung des ſitzenden Bürgermeiſters/ in nichts verbinden können. Vnd
da ſich ſolche perſonen/ die ſich alſo heimlich/ ohne der Elteren/ vormunden/ nech-
ſten freunde oder vnſern willen/ verlobet/ außerhalb der Stadt *in fraudem hujus
ſtatuti* trawen laſſen würden/ die ſollen die Stadt meiden vnd nicht wieder hin-
ein gelaſſen werden. Qvodqve ſæpius Scabini Jenenſes pronunciârint,
332. vigore ejusmodi ſtatutorum, ſponſalia minorum propter diſſenſum
curatorum vel propinqvorum fieri irrita, teſtatur *Dn. Præſ. d. part. 1.
diſp. 8. θ. 52.*

## V.

**A nemine verò generatim a] vel ſpecialiter b] hoc face-
re prohibito auctoritas interponi poteſt.**

a] Telum prohibitorium contra omnes tutelam gerere haud
333. valentes directum fœminas inprimis ferit; qvæ â tutelâ, tanqvam
munere virili & ſeqvioris ſexus infirmitatem excedente; *l. tutela; 16.
in pr. de tut. l. alienam; 18. C. de procur. l. 1. C. qvand. mul.* in qvo virili ani-
mo; *l. fin. §. vlt. qvi pet. tut.* acri judicio, ſummâ prudentiâ & vſu rerum
forenſium opus eſt; regulariter arcentur; *l. fin. de tut. l. agnato; 10. in
pr. de legit. tut. l. ſcire oportet; 21. in pr. de tut. & cur. l. 2. de R. J.* Imò eas ipſas
olim

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1818765934/phys_0046

olim æqvè apud Græcos; *Agvir. in reſp. de ſucc. regn. Portug. pro Philip.*
*Hiſpan. R. p. 2. n. 239. Pap. d. tit. 5. ar. 27. v. Qvant aux Grecs*; ac Romanos 334.
indiſcriminatim tutores accipere oportuit; *VVeſ. in π. de curat. fur.*
*n. 5. Duar. ad tit. ſol. matr. rubr. de nupt. c. 1. in fin. Setz. l. 1. de juram. c. 12.*
*n. 2. Bachov d. diſp. 8 θ. 7. l. d. ad verb. pubertate.* Sicq; apud Ciceronem
pro Cæcinnâ, pro Flacco, pro Murænâ, in topicis & alibi hoc teſti- 335.
monium ſatis freqvens eſt; *qvod illæ in perpetua tutelâ fuerint*: adeò vt
neqve privatim neq; publicè illis qvid gerere licuerit, ſine tutore au-
ctore. Qvod inſtitutum & Cato laudat apud *Liv. dec. 4. libr. 4.* Ulpi-
ani qvoq; illud extat *in fragm. tit. de tut.* Maſculis impuberibus tuto- 336.
res dantur, fœminis tàm impuberibus, qvâm puberibus. Indeq; *ceſſæ*
ſive *ceſſitiæ tutelæ* nomen extitit; eò, qvod illis viripotentibus jam fa- 337.
ctis, ſi tutor earum, teſtamentarius, vel legitimus, tutelâ amplius
fungi nollet; ſed eam *in jure*, ſive apud magiſtratum, alij è proximis
agnatis *cederet*, iſte *ceſſicus tutor* appellitaretur; *P. Fab. l. 2. ſemeſt. c. 23.*
*Mont. de tutel. c. 7. n. 48.* In Italiâ fœminis impuberibus mundualdus 338.
dari ſolet; *Zaſ. in l. ſi ita ſtipulatus*; *§. Chryſogonus*; *de V. O. Borell. conſ. 11.*
In electoratu Saxoniæ fœmina, etiam major, ſine curatoris conſen- 359.
ſu, judicium neq; accipere neq; edere poteſt; *N. D. Aug. E. p. 2. conſt.*
*15. d.* **P. vnd G. O.** *tit. 8.* Idem in Ducatu Wirtembergico **F. Wir-** 340.
**temb. Landrecht** *p. 1. tit. 16.* **§. andere Weibsperſonen**; *tit. 18.* **§. wir wollen**;
**&** *p. 2. tit. 29.* Magdeburgenſium R. P. **G. O. der S. Magdeburg** *art. 17.*
*n. 1.* atqve alijs in locis obtinet. A prædictâ tamen regulâ mulieri tu- 341.
telam interdicente excipiuntur *mater & avia.* Olim tutela commu-
nium liberorum matri teſtamento fruſtrà mandabatur, neq; provin- 342.
ciæ præſes eam tutricem teſtamento datam confirmare poterat; *l.*
*Jure noſtro*; *26. in pr. de teſtam. tut.* Si tamen illam conſilio matris teſta-
tor geri juberet, viris bonis conveniebat, ejus ſalubre conſilium ad- 343.
mittere; *l. ita autem*; *5. § Papinianus*; *8. de A. & P. T.* Patri item prohi-
bere licebat, ne relictis impuberibus ſuis tutores peterentur, ſi rem 344.
eorum per matrem adminiſtrari vellet; *l. 2. §. qvid ſi pater*; *ad SC. Tert.*
Ulterius fœminis filiorum tutelam ſpecialiter à principe poſtulare 345.
permittebatur; *l. fin. de tut.* ſed tum demum; cum tutor, vel teſtamen-
tarius, vel legitimus, deeſſet; aut legitimam à tutelâ excuſationem
haberet, aut ſuſpecti genere removeretur; vel ne ſuis qvidem, præ
animi & corporis valetudine, adminiſtrandis rebus idoneus eſſet;

346. l. 2. verſ. his illud; C. qvand. mul. Hodiè vero, hac diſpoſitione mutatâ, mater & avia non ſolum ſpeciali principis reſcripto amplius non indigent, ſed etiam omnibus à latere cognatis qvoad tutelam præponuntur, teſtamentarijs ſolum tutoribus præcedentibus eas; N. 118. c.
347. 5. v. hæc enim ſervantes; auth. matri & aviæ; C. d. t. Qvod etiam approbatur in d. O. P. E. p. 2. tit. 8. § Da aber kein Teſtament vorhanden; ibi, vnd
348. allen anderen fürgezogen werden; Diſſ. Tr. d. diſp. 8 θ. 3. l. a. Fom. diſp. 5. in Inſt. Imp. qu. vlt. vxorem liberorum tutelâ à marito in teſtamento hodie haud privari poſſe exiſtimantes. Si verò concurrunt avus & avia; vel ejusdem
349. generis, avus & avia paterni, vel diverſi generis, avus paternus, avia materna: avus maternus, avia paterna: tum aviæ non tantum paternus; Salic. in d. auth. n. 8. ſed etiam maternus avus præfertur; Br. ibid. n. 5. Imò matre qvoq; qvoad tutelam avus paternus potior eſt; Mont.
350. de tut. c. 15. n. 5. & 24. Fab. de error. pragm. dec. 6. err. 7. cum jura nova ita ſint explicanda; vt qvàm minimùm derogent juri priori; atqve qvoad prælationem D. Juſtin. expreſſè collaterales nominet; Bachov. in d. θ. 3. lit. d. ad verb. & cum omnibus legitimis; Idqve etiam in ordinatio-
351. ne ſenatus Lipſienſis tutelas concernente ita cavetur; §. Vnd ob wol ſonſten die Weibsperſonen in gemein / ibi, auſerhalb deß väterlichen Großvaters. Diſſ. gl. & Br. in d. auth. Beſold. d. tr. tit. 12. n. 1. Reuſn. l. 1. conſ. 11. num. 63.
352. Secus autem ſe res habet, ſi avi conditio talis ſit, vt tàm ipſi qvàm ejus nepotibus aliter proſpici oporteat; arg. l. Jmp. Hadrianus; 50. ad SC. Treb. Mayn. l. 6. c. 52. Per pacta gentilitia mater à tutelâ excludi neqvit;
353. Heig. p. poſt. qu. 13. eidemq; vel aviæ delata tutela ad bona etiam feudalia, excluſis agnatis, vel ipſo qvoqve feudi domino, extenditur;
354. Piag. de tut. qu. 9. Schr. de feud. p. 10. ſect. 19. n. 25 & ſeqq. Roſenth. in ſynopſ. feud. 12. concl. 10. n. 20. Principum qvoqve, dummodò electores non
355. ſint, aliorumve in illuſtri, imò regiâ, dignitate conſtitutorum matres tutrices eſſe posſunt: Tiraqu. in tr. de primogen. qu. 40. n. 209. Rol. à Vall. conſ. 18. n. 53. vol. 2. Reusn. d. conſ. 11. n. 78. Maſtril. de magiſtr. l. 4. c. 13. n. 207.
356. Mager. d. tr. c. 7. n. 225. Aq; tali tutelâ illuſtres matres eò minus excludendæ ſunt; cum in nonnullis Europæ regnis ac principatibus ſceptrum fœminis qvoq; legitimè credatur, eæq; ſæpius gubernationi, ſingulari cum laude, præfuerint: veluti exempla Johannæ Siculorũ; Eliſabethæ Anglorum; Margaritæ Danorum; Mariæ Hungarorum Reginarum: nec non Belgij gubernatricum, D. Caroli V. & Regum Hiſp.

Hiſp. Proreginarum, atqve etiam abbatiſſarum S. R. J. qvæ pro ejusdem ordinibus habentur, ſatis docent; *Her. de fidei. c. 7. n. 517. Rulant. de commiſſ. p. 1. l. 1. c. 29. n 6. Schultz. in tit. J. qvib. al. lic.* Fœminæ qvoq; à ſucceſſione regni excluſæ à filij regis tutelâ regniq; procuratione haud repelluntur; *Lipſ. monit. polit. 1. c. 4.* cum hic æqvè ac in feu- 357.
dis, non jus qvoad ſucceſſionem competens, ſed affectio materna, 358.
ſeu pietas & ratio naturalis animi materni; *l. propter inſidias; 14. C. de his qvi accuſ.* conſideretur; *Schrad. d. ſect. 19. n. 26.* In Franciâ famoſiſſima illa ordinatio, poſtea relata *in tit. 62. §. fin. LL. Salicarum*; qvas Pha- 359.
ramundum A. O. R. 419. ad regiam dignitatem evectum, anno regni ſui tertio, ex conſilio heroum, à qvatuor baronibus Sicambris prudentiſſimis, *Viſogaſte, Boſogaſte, Salogaſte & Vuidogaſte* primùm componi curâſſe paſſim traditur, victricem Francorum haſtam nunqvam in fuſum vel in colum commutari patiens à regni ſucceſſione fœminas removet; ipſosqve regum nepotes è filiabus natos repellit; ne coro- 360.
na ad extraneam familiam deferatur. Illaq;, ceu lex fundamentalis regij ſtatus, *Jean de Ser. en invent. gener. de l' hiſtoir. de France in vit. Philip. de Valois p. 760.* ac jus gentium Gallorum, *juxta Bl. in l. pen. C. de condit.* 361.
*inſert.* è conſvetudine antiqvitus apud eosdem receptâ originem habens in contradictorio judicio rationum momentis probata, ac aliqvot ſententijs, & nonnunqvam enſe, firmata fuit; *Ferald. in tr. de præ-rog. coron. & regn. Franc. G. Bened. in c. Raynutius in verb. duas habens filias, n. 118. & ſequ. P. Greg. in d. ſynt. l. 6. c. 12. n. 6. l. 45. c. 4. n. 7. & l. 47. n. 7. & ſeqq.* Inprimis verò cum de ſummâ imperij inter Philippum Vale- 362.
ſiorum Comitem & Angliæ R. Eduardum, Philippi Belli Franciæ R. ex Iſabellâ filiâ nepotem, acerrimè certaretur; atq; ille tanqvam Philippi audacis R. nepos & Caroli Valeſij (qvi qvamvis R. natus, frater, patruus ac pater fuerit: ipſemet tamen regium ſolium obtinere non potuit *Jean. de Ser. d. loc.*) filius lege Salicâ; hic vero legibus hereditarijs Romanorum ſuæ cauſæ patrocinium tueretur: SC. de patrum ac principum omnium conſenſu factum eſt, ne qvis in eâ diſceptatione peregrinarum LL. auctoritate vteretur, ſed qvisq; rationem legis Salicæ haberet; *Bod. de R. P. l. 6. n. 743. lit. C.* Qvoad no- 364.
minis rationem nonnulli Claud. Seyſell. auctoritate ſeducti tradunt pro litera G. poſitam S. ac loco vocabuli *Gallicæ* vſurpatum fuiſſe illud *Salicæ*; *Briſſon. in lexic. jurid. verb. Salica lex.* Qvibusdam verò placet,

365. cer, cum ſub initium *multarum LL. Salicarum* hæc verba præmittantur:
*Si aliqva*, inde per contractionem qvandam *S'aliqva* ipſi legi nomen
366. datum fuiſſe; *Rebuf. ad l. 1. de V. S.* Qvidam inſulsê à *ſale*, alij â *Salá* flu-
vio; aliqvot ab oppido *Selgenſtadt*, in qvo lex illa primum promulgata
fuerit, denominationem deducunt. Qvorum opiniones explodit.
367. *Haill. de l'eſtat des affair. de France liur. 3. f. 192. p. 2.* Salijs Alpinis, qvi ad
aqvas Sextias larem foverint, regionemq; ad Ligures pertinentem
inhabitârint; indeq; Franci Salij nominati fuerint; legis & nominis
originem acceptam fert *Kn. de S. non provoc. jur. in verb Ducum, c. 3. n. 113.*
Rectius ſentire videntur, qvi vel à primo Nomothetâ *Salogaſte*, vel â
368. voce Gallicâ *Sale*, qvæ aulam ſignificat, nomen legis depromtum exi-
ſtimant. Lex enim verê aulica eſt, aulæq; conſervationem concer-
nit; *Camer. 3. medit. hiſt. c. 64. Beſold. diſſ. 12. θ. 6. de regn. ſucc. int. diſp. Ba-*
369. *ſil. vol. 5. VVehn. in pr. obſ. lit. 5. tit.* Saalbuch. Legis cujusdam Salicæ
etiam in jure feudali mentio fit *2. Feud. 29.* Utut autem illa conſve-
370. tudo & lex gynæcocratiæ in prædicto regno fores præcluſerint: at-
371. tamen in indice regentum, *des Regens*, ob regum minorem ætatem,
372. abſentiam, corporis vel animi valetudinem conſtitutorum aliqvot
fœminæ recenſentur. Philippi Auguſti R. tutela regiæ matri Alici &
373. impuberis avunculo Gvilhelmo archiepiſcopo Rhemenſi delata, ac
vtriq; regentis titulus tributus fuit; *Haillan d. l 3. f. 223. p. 1.* Ludovi-
cus VIII. R. Blanchæ (à qvâ eiq; homonyma Philippi Valeſii R. vxore
374. vulgus in Franciâ omnes regias viduas Blanchas vel *les Roynes Blanches*
appellitare conſvevit; *Laet. in deſcript. Gall. c. 5. tit. de auct. & prærog.*
*regin. Gall. 4. in fin. p. 152.*) vxori ſuæ Caſtiliæ R. filiæ Ludovici IX. qvi
& *Sanctus* vocatur, filij, ſimulq; ipſius regni tutelam ſupremis tabulis
mandavit; qvam & feliciſſimê ea obijt *Joinvillæ. in vit. S. Ludou. Maſſ.*
*in Ludovico IX. anno 1226. Goth. de tut. elect. l 2. aſſ. 9. p. 25.* atq; ab hoc ex-
ercitum in expeditionem educente in terram ſanctam denuò regen-
tis munus illi injunctum fuit; in cujus fideliſſimâ perfunctione filio
adhuc abſente ſpiritum poſuit. Philippus Bellus R. itidem in vltimo
375. ſuo elogio vxorem Johannam Navarræ R. liberis ſuis tutricem re-
gniq; regentē, ſed fruſtrâ, conſtituit; cum ante eum deceſſerit. Idem
mortalitatis caſus præripuit R. Johannam Burboniam, qvam Caro-
376. lus V. R. vnâ cum fratribus ſuis Andium & Burgundiæ Ducibus, nec
non affine Duce Burbonio impuberum filiorum Caroli & Ludovici
tutelam

tutelam gerere voluerat. Similiter Carolus VI. R. Iſabellæ Bavaræ
vxori ſuæ impuberum liberorum tutelam teſtamento commendavit; 377.
*Haill. d. l. 3. f. 224. p. 1.* Ludovici IX. R. filio, Carolo VIII. infanti adhuc; Annam ſororem natu grandiorem, regni ordines Cæſaroduni 378.
in Turonibus congregati ſolemni decreto tutricem conſtituerunt;
*Thuan. tom. 1. l. 25. p. 470. col. 1.* Franciſcus I. R. bis itinere in Italiam ſuſcepto matrem ſuam Aloiſiam Sabaudam ad regni procurationem 379.
vocavit; *Bod. de R. P. l. 1. n. 165. lit. c.* Eodem exemplo Henricus I. R.
Germaniam exercitu petiturus vxori ſuæ Catharinæ Mediceæ prius 380.
liberorum ac regni tutelam commiſit, illaq;, defuncto Franciſco II. filio, cum ejus frater ac ſucceſſor Carolus IX. nondum pubes eſſet, Regentis auctoritatem ordinum, qvi Aureliæ convenerant, conſenſu rurſus vſurpavit; atq; poſtea hic vt eandem poſt obitum ſuum regni proceres, dum frater ac ſucceſſor Henricus III. in Poloniâ ſubſiſteret, illi tribuerent, ſanctè juſſit, eamqve poteſtatem is diplomate Cracoviæ dato confirmavit, idq; inter regni acta relatum fuit *Thuan. d. l. 23. pag. 470. col. 2. & l. 57. p. 1162. col. 2. & tom. 2. l. 58 p. 1. col. 1.* Henricus IV, ſive *magnus*, anteqvam collectum exercitum è regno educturus eſſet, vxorem ſuam Mariam Mediceam ſolemni ritu guberna- 381.
tricem regni conſtituere in animo habebat; cumq; mox poſt ejus coronationem *4 Maij anno 1610.* Fr. Rauilliacij ſicâ miſerè extingveretur, eâdem adhuc veſperâ ſuprema curia Pariſienſis illã regentẽ declaravit. Qvo munere ac tutelâ moderni regis Ludovici XIII. per aliqvod tempus illa functa fuit. *Buleng. hiſt. ſu. temp. l. 13. p. 397. Gramoud. in hiſt. proſtr. rebel. c. 3. p. 10. Mercur. Gallobelgic. tom. 8. l. 3. p. 40.* Theobaldus qvo- 382.
qve II. R. Navarræ & Alphonſus Caſtus, Arragoniæ R. ſub maternâ tutelâ fuerunt; *Gutier. de tut. p. 1. c. 18. n. 1. in fin.* Ut autem mater tutelam liberorum legitimè gerere atq; auctoritatem efficaciter ac- 383.
comodare qveat, ſecundis nuptijs, non qvidem jurato, ſed ſimplici duntaxat conteſtatione, nec non S C. Vellejani præſidio, ac generatim omni legitimo auxilio renunciare tenetur; *N. 94. c. 1. & 2. d. N. 118. c. 5. d. auth. Sacramentum; C. qvand. mul. Beſold. d. c. 12. n. 2.* Illam tutelæ 384.
rationes reddere haud obſtringi exiſtimat Berl. *p. 2. concl. pr. 12. n. 14.* cum in eâ fraus & dolus non præſumatur; *l. non ſolum; 67. §. 1. de R. N. l. cum furioſus; 7. in pr. C. de curat. fur.* Verum ſola hæc præſumtio ex- 385.
ceptionem regulæ qvâ omnes, qvi jure tutores ſunt & tutelam gerunt,

G

runt, rationum redditioni obnoxij eſſe traduntur; *l. 1. §. rationibus;*
*19. de tut. & rat. diſtr.* immunitatemve tàm inſignem ac pupillis noxiam
haud inducere poteſt; *Pinel. ad l. 1. p. 1. n. 28. C. de bon. mat. Sotom. in tr.*
386. *de vſufr. c. 3. n. 113. Dn. Præſ. d. diſp. θ. 249. l. d.* Conſvetudine in multis
locis receptâ matri tutrici contutores pupillis paterno maternove
ſangvine juncti aut, his deficientibus, alij idonei ſuperadduntur; il-
lamq; æqvè ac hos adminiſtrationis ſuæ rationē qvotannis, aut qvo-
ties exigitur, reddere oportet; *d.* C. P. Landsordnung *tit. 3. art.* Wit-
wen mögen mitvormund ſein/ *3 d.* Landrecht deß Hertzogthums Preuſen *l. 2. tit.*
*6. art. 7.* Der Stadt Nürnberg vernewerte *Reformation tit. 39. l. 6. §.* Es ſol-
len auch; Der Stadt Franckfurt am Meyn *Reformation p. 7. tit. 2. §. 4.* Der Stadt
Hamburg Gerichtsordnung vnd *ſtatuta p. 3. tit. 6. §. 5.* Qvid ejusmodi in
387. caſibus C. J. attendat, ex ſeqvente ejusdem ſententiâ *21. Junij an. 1571.*
prolatâ patet: Auff weiland Herrn L. J. von D Freyherrn zu V. letzten wil-
len vnd begehren/ auch darauff deſſen hinderlaſenen Wittiben/ Frawen L. von
D. gefolgter bewilligung vnd erbieten iſt jetzgedachte Wittib Fraw L. weiland
gedachtes C. J. von D. nachgelaßnen 4. minderjährigen Kindern mit nahmen
C. G. H. R. vnd O. zur vormünderin verordnet vnd beſtätigt: doch das ſie zu-
vor gewöhnliche gelübdt/ eyd/ renunciation vnd obligation thun. Darauff wer-
det jhr D. Hafner in nahmen ermeldter Fraw C. in krafft deßwegen fürbrach-
ten gewalts/ der zweyten ehe/ auch *privilegia SCti Vellejani* vnd anderen der
Rechten hülff/ gebührlich vnd wie recht/ renunciren/ geloben/ darzu auch in jhre
Seele einen eydt zu Gott vnd auff das heilige Evangelium ſchweren/ das ſie alles
vnd jedes/ ſo obgedachtes C. J. von D. verlaßnen minderjährigen Kinderen
gut vnd nützlich/ handeln/ was vnnütz: vnd ſchädlich/ vermeiden/ vnterlaſen vnd
verhüten/ deroſelben Perſonen vnd güter zu jhren nutzen in gutem glauben vnd
trewen verwahren/ vertreten/ zum beſten verſehen/ von allen jhren haab vnd gü-
tern jhnen zuſtendig/ ein *inventarium* förderlich auffrichten laſen/ jhrer *admini-*
*ſtration*, vnd handlung zu gebührlicher vnd rechter zeit (ſo viel ſie deſſen zuthun
ſchuldig iſt) rechnung thun/ mit volkommener vberlieferung alles deß jenigen/ ſo
ſolcher vormundſchafft halben zu jhren händen kommen/ vnd den minderjährigen
Kinderen zuſtändig/ auch deſſen/ ſo ſie jhnen ſchuldig bleibt/ auch alles anders thun
wolle/ das getrewen vormünderin zuſteht vnd gebürt. Alles bey verpfändung
jhrer haab vnd güter; *Dn. Barth. ſelect. ſent. p. 4. p. 938. l. g.* Alias ejusdem
ferè tenoris ſententias idem confert *p. 5. p. 1148.* E principio præju-
388. dicij hujus etiam patet; qvod matris conſenſus ſeu bewilligung reqvi-
ratur. Invita enim cogi neqvit, vt liberorum tutelam ſuſcipiat; *d. l.*
*2. ibi ſanè in optione hujusmodi nulla cogatur, ſed liberá voluntate deſcendat; d.*
*N. 94. c. 1. d. N. 118. c. pen. & d. auth. matri; ibi permittimus, Surd. dec. 106.*
*n. 1. Ambroſin. dec. Per. 1. n. 5. Gothoſ. d. tr. l. 3. in reſ. object. 48 pag. 119. lit. e.*

Chriſtin. dec. 149. n. 3. vol. 3. Damhoud. de tut. & cur. mun. c. 5. n. 11. Roſenth.
d. concl. 10. n. 23. Indeq; gl. in d. auth. delatam matri & aviæ tutelam 389.
anomalam & Br. ibid. legitimam voluntariam; agnatorum verò legiti-
mam, ſed neceſſariam appellitat. Atq; in arduâ qvâpiam causâ pro 390.
matre tutelam filiorum renuente ſupremam curiam Pariſienſem 14.
Julij anno 1567. pronunciâſſe teſtatur Pap. d. tit. 5. ar. 27. in fin. Et qvem-
admodum invita tutrix fieri non poteſt: ita nec tutelam retinere co-
genda eſt; Fab. d. l. 5. tit. 21. def. 1. n. 5. Illud verò haud procedit, ſi mu- 391.
lieri â marito legatum fuerit, vt communium liberorum tutrix eſſe
deberet. Tum ſiqvidem, ſi injunctum munus recuſet, â legato repel- 392.
lenda eſt. Nam tutelam teſtamento mandatam ſuſcipere nolens â 393.
legato, remunerandæ fidei causâ, ſibi, vel etiam liberis in poteſtate
poſitis, relicto ſubmovetur; l. qvi tutelam; 28. in pr. de teſt. tut. l. tutor
petitus; 28. l. Neſennius; 32. in pr. de excuſ. l. 1. §. fin. vb. pup. c. nos qvidem;
& c. ſi heredes; de teſtam. etiamſi partis bonorum ſe excuſaverit; puta 394.
Italicarum vel provincialium rerum. Nam & tum totum, qvod te-
ſtamento datum eſt, ei aufertur; l. etiam; 111. de legat. 1. Idq; pupillo
adſignatur, cujus vtilitates deſertæ ſunt; l. poſt legatum; 5. §. amittere; 395.
2. de his, qvæ vt indign. ſeu cui ille vtilis eſſe noluit; l. ſi legatarius; 25. in
fin. C. de legat. Coler. part. poſt. dec. 256. n. 26. Aliud verò dicendum eſt,
ſi citra ſcrupuloſiorem indagationem appareat, maritum mulieri le- 396.
gare voluiſſe, etiamſi tutrix non eſſet. Tum enim illa tutelæ onus de-
trectans legatum nihilominus retinet; d. l. 32. d. l. 1. in fin. Idq; adhuc
hodie ita ſervatur; Salic. in l. fin. n. 6. C. de fidejcom. Piag. de tut. qu. 10. n. 397.
3. & ſequ. Gutier. d. p. 1. c. 27. n. 14. v. contrariam tamen; Mayn. d. l. 6. c. 52.
n. 1. vbi ſupremam curiam Toloſanam ita judicâſſe teſtatur. Diſſ. Jac.
de Bellovis. ad N. 1. c. 1. vers. his omnibus; Gribald. in theſaur. com. opin. tit. tu- 398.
tor; in pr. Mynſ. cent. 6. O. 57. tradentes per d. N. 1. c. 1. §. 1. indeq; deſumtam
auth. hoc amplius; C. de fideicom. vetus jus mutatum fuiſſe, ac hodie tutelam
non ſubeuntem legatum indiſtinctè perdere, ſive remunerandæ fidei causâ relictum
fuerit, ſive non Mater tamen, qvæ ipſamet tutrix eſſe non vult, neceſſe 399.
habet tutores idoneos liberis petere: cum aliâs hoc facere negligens
â legitimâ eorum hereditate repellatur; l. 2. §. 1. verſ. mater enim; qvi
pet. tut. l. 2. §. ſi mater 23. ad SC. Tert. l. matris; 6. l. cum a matribus 8. l. fin.
C. qvi pet. tut. l. qvod dicis; 6. C. qvi dar. tut. §. pen. J. de SC. Tert. Et qvi- 400.
dem olim illi incubuit id peragere confeſtim; d. l. 2. §. Divus; 2. qvi pet.

 tut.

*tut. d. §. ſi mater non petierit*; 23. nempe vbi primùm potuit, i. e. prætoris copiam habuit huic rei ſedentis, niſi fortè infirmitate vel âliâ ma-
401. gnâ causâ impediretur; *d. l. 2. §. 43. ad SC. Tert.* Sed poſtea hoc conſtitutione DD. Theodoſ, & Valent. in tempus annuum extractum; *l. ſci-*
402. *ant*; 10. *C. de legit. her. d. §. pen. J. de SC. Tert.* Diſs. *Salic. in d. l. ſciant*; *n. 6. ad fin. Gutier. d. p. 1. c. 16. n. 80. nihil hoc in caſu diſcriminis inter jus vetus & novum agnoſcentes, ſed dictionem illam* confeſtim *tantum ad eum caſum referentes, qvo mater prioribus tutoribus excuſatis rejectisve ſtatim alios*
403. *idoneos petere neglexit.* Liberti qvoq; ex his cauſis accuſati apud præſidem puniuntur, vt emendentur, ſi apparuerint, vel propter negligentiam, vel propter malitiam, patroni impuberibus liberis tutores non petijſſe; *d. l. 2. §. 1. verſ. liberti autem*; *qvi pet. tut.* Imò hodie omnes,
404. qvi ad ſucceſsionem pupilli ab inteſtato vel ex ſubſtitutione pupillari prærogativâ gradus vocantur, ab ejus ſucceſsione excluduntur, ſi intra annum ipſi tutores petere neglexerint; *d. l. ſciant*; cum indigni judicentur, qvi ijs ſuccedant, qvorum in conſtituendo tutore nullam, vel minus juſtam, rationem habuerunt; *arg. d. l. 2 §. 1.* Qvod tamen
405. ita accipiendum eſt, *ſi omnes ſint ejusdem gradus*; cum annus non currat, niſi ei, qvi primam ſucceſsionis cauſam tenet; *Caſtr. in d. l. ſciant*;
406. *n. 2. in fin.* Qvamvis enim ſeqvens in gradu, propter alterius negligentiam, poſſit tutorem petere: attamen ſi intermittit, nihil ei obeſt; qvia annus præcedentis in gradu nondum lapſus eſt; *arg. l. pen. & ibi*
407. *gl. C. qvi pet. tut. Obr. d. diſp. 18. θ. 82.* Prædicta autem pœna matrem liberis impuberibus tutores petere ceſſantem haud manet; 1. Si mi-
408. nor ſit 25. annis; qvia ei ob lubricum ætatis parcitur; *l. 2. C. ſi adv. del.* 2. Si ê re pupilli ſit tutorem non peti; veluti, ſi illi amplum legatum ſit relictum, *ſi tutores non habuerit* & propterea mater ei non petierit, ne conditione deficeretur; *d. l. 2. §. tractari bellè*; *ad SC. Tert.* 3. Si filius,
409. cui tutorem petere neglexit, non in pupillari ætate, ſed pubes decedat; *l matres*; 3. *l. omnem*; 6. *C. eod. d. l. ſciant*; & *§. pen. J. de Sc. Tert.*
410. Cæterum ea, qvæ ſpeciali gratiâ & clementiâ principum, propter ſingularem amorem, benevolentiam, præſumtum affectum ac pietatem ſatis indigitatum in *d. N. 94. c. 1. v. amor naturæ circa filios*; *d. l. 2. C qvand. mul. §. conſeqvens*; 3. *ibi, pietatis neceſsitudine vtpote mater propensâ pietate, introducta*; *J. de ſuſp. tut.* matri & aviæ qvoad tutelam conceſſa ſunt, porrigi neqveunt ad novercam, in qvâm talis amor ac pietas minimê

minimè cadit, ſed potius in eâ odium & malevolus affectus præſumi-
tur; *DD. in l. 4. de inoff. teſtam. Tiraqu. de LL. connub. p. 9. gl. 1. n. 196.*
*Pingiz. qu. Sax. 46. n. 13. Mag. de advoc. armat. c. 10. n. 84.* Qvare privignis 411.
ſuis ab eorundem patre tutrix dari neqvit; *B. Berlich in tr. de jur. noverc.*
*acqviſ. part. 2. art. 3. ſect. 10.* Qvoad vitricum vero aliud obtinet; cum 412.
iſte, ob ſolam perſonam & qvalitatem ſuam, tutelæ haud incapax; *l.*
*nonnunqvam; 32. in fin. de adopt. l. mater; 2. & ibi gl. C. de interd. matr. int.*
*pup. l. fin. C. de cont. tut. jud.* ſed nonnunqvam paternum erga privi-
gnos affectum habere cenſeatur; *l. ſi paterno; 15. C. de negot.* Si ergò
comperiatur, illud è re impuberum privignorum eſſe; rectè ijs tutor 413.
dari & confirmari ſolet; *Men. de A. J. Q. cent. 2. l. 2. caſ. 151. n. 5. & l. 2.*
*præs. 52. n. 3. Eſcob. de ratioc. adminiſt. c. 21. n. 31. Bertrand. conſ. 185. n. 7. vol.*
*2. p. poſt. & conſ. 142. n. 1. vol. 3. p. ead.* Diſſ. *Vult. l. 1. J. R. c. 25. n. 20. vitri-* 414.
*cum in eorum numero referens, qvi tutores dari prohibentur.* Auguſtum C. J.
collegium *poſtridie Cal. Aug. anno 1592.* Comiti ab Erbbach privignorum 415.
Comitum à Waldeck tutelam decreviſſe & confirmâſſe poſt Auct.
præjud. *d. t. tutela & tutores, verb. vitricus. refert Rulant de commiſſ. p. 4. l. 4.*
*c. 16. n. 38.* Multò minus tutelam idcircò qvis amittit, qvod pupillo- 416.
rum ſuorum matrem vxorem ducat; *d. l. mater; Mayn. d. l. 6. c. 51. n. 1.*
Vitricus tamen, vt privignorum tutelam invitus ſuſcipiat, itidem nul- 417.
lâ juris ratione cogi poteſt; *arg. l. & qvi, 3. §. vitricus; 7. de muner.* Atq;
ita Pictavij *aux grands jours 3. Oct. an. 1579.* pronunciatum fuiſſe refert 418.
*Mayn. l. 7. c. 26. n. 1.* Simile arreſtum protulit ſuprema curia Toloſana
*M. Febr. an. 1567.* collatum ab eodem auctore *d. l. 6. c. 49. n. 2.* qvi eti-
am monet, vitricum impuberis cognatis, dummodò aptiores ſint, 419.
haud præferri. Idemq; tradit Bachov. *d. diſp. 8. θ. 4. l. b. v. adeò vt vitri-*
*cum excludat.* Sed & vitrico pupillorum educatio regulariter haud 420.
interdicitur; *Bocer. cl. 1. diſp. 14. θ. 66.* cum à tutelâ ad educationem rec-
tè argumentemur; *l. 1. §. vlt. vbi pup.* atq; hiſtoriæ antiqvæ ſuggerant
exempla haud pauca, è qvibus patet, pupillos, auguſtos etiam & il-
luſtres, apud vitricos probè educatos fuiſſe. Qvæ ex auctoribus pro-
batis recenſet *An. Rob. l. 1. rer. jud. c. 8.* Nec obſtat *l. 1. C. vb. pup.* vtpo- 421.
te, qvæ de vitrico, qvi tutor non eſt, loqvitur, *Diſſ. gl. in d. l. 1. lit. 1. & in*
*d. l. 3. C. de contr. tut. Br. in d. l. nonnunqvam; VVurmſ. l. 1. tit. 38. O. 4.* Ma-
ter ad vlteriora vota convolans â prioris matrimonij liberorum tu- 422.
telâ repente expelli; *d. N. 94. c. 2. in fin. d. auth. Sacramentum; Cravet.*

 *conſ.*

423. *conſ. 18. n. 1 vol. 1. Ambroſin. deciſ. Peruſ. 1. n. 9 Graſſ. tr. de ſucc. §. ſucceſſio ab*
*inteſtato; qu. 27. n. 4.* etiam teſtamentariâ ſolet; *Boër. dec. 124. n. 12. & dec.*
424. *226. n. 4. Mynſ. cent. 3. O. 83. Zobel. in differ. J. C. & S. p. 2. diff. 15. n. 1. & 2.*
etiamſi omnes propinqvi conſentiunt vt tutrix ſit; *Fab. d. l. 5. tit. 21.*
425. *def. 2. n. 9* Idqve tum etiam procedit, ſi expreſſè teſtamento cautum
fuerit, ne iterans nuptias tutelâ privetur; *Sim. de Præt. de interpr. vlt.*
*volunt. l. 20. interpr. 2. dub. 2. ſol. 2. Heig. d. qu. 13. in fin. Gutier. d. p. 1. c. 8.*
426. *n. 87.* vel etiam eædem nulliter contractæ ſint; *Gratian. tom. 2. diſcept.*
*213. n. 11.* Matri tutrici improvidê nuptias repetenti Hamburgenſe
ſtatutum pœnam hiſce verbis dictat: Würde aber die Mutter ſich wie-
427. derumb verheirathen/ ſol ſie die vormundſchafft jhrer Kinder auff vorgehende
ſchlußrechnung den anderen mitvormunderen abtreten/ vnd denſelben die güter
einantworten: vnd im fal ſie ehe/ denn ſolches geſchehen/ auch was nach zugeleg-
ter rechnung ſie den Kindern ſchuldig blieben/ völlig bezahlt/ die andere Ehe voln-
ziehen würde: ſol ſie darmit jhren mütterlichen Erbfall zu deroſelben Kinder gü-
teren verwirckt haben. *d.* G. O. H. *d. tit. 6. § 5 verſ.* würde aber. Talis qvoq;
428. binuba, poſt fata ſecundi mariti, ob ſemel neglectam defuncti me-
moriam ſpretumq; maternum erga filios amorem reſumere tutelam
neqvit; *Surd. dec. 106. n. 11. Hackelman. J. Q. diſp. 15. θ. 7. l. c.* Diſſ. *ſpec.*
*tit de tut. § nunc videndum; n. 7. v. qvid ſi mater; Mont. d. c. 15. n. 18. Mayn.*
*d. l. 6. c. 51.* Multò minus liberorum tutrix eſſe poteſt mater, qvæ im-
429. pudicê vivit; *l. fin. ibi, ſed pudicitiam ſuam intactam conſervet; C. qvand. mul.*
*Damhoud. de tut. & cur. mun. d. c. 5. n. 11.* neq; tutelam recipere ei licet,
ſi poſtea caſtè vivere incipiat, *Chriſtin. dec. 149. n. 4. vol. 3.* Pater autem
430. ad ſecundas nuptias tranſiens liberorum ſuorum tutor eſſe haud de-
ſinit; *Fulgos. ad l. jubemus; n. 6. C. ad SC. Treb. Boër. d. dec. 266. n. 2. B. Ber-*
*lich. d. ſect. 10. n. 1010.* Idq; etiam in d. O. P. E. *d. tit. 15. art. 4. §.* Da aber
431. auch die Mutter; approbatur, ibi; er greife oder ſchreite zur andern Ehe oder
nicht/ Jedoch ſol es bey vnſer als der Obrigkeit erkändnüß vnd bedencken ſtehen/
ob jhm/ nach gelegenheit/ andere freundte zu mitvormunden zugeordnet ſollen
werden oder nicht. Idem ferê in R. P. ſuâ Hamburgenſes peculiariter
432. ſtatuerunt *d. tit. 6. §. 7.* Diſſ. *Ang. in N. 2. c. 2. § qvia verò; n. 16. & in N.*
433. *22. c. 23. Chaſſan. ad conſuet. Burg. rubr. 6. §. 8. n. 2. in fin. Coſt. de dote c. 6.*
*n. 4.* Illud qvoq; memoratu dignum hîc adijcitur, qvod contempla-
434. tione æqvitatis prædictum auguſtum collegium confirmârit ſororem
matris Jungfraw Suſannam Marſchalckin/ cum alijs teſtamento tutri-
cem datam, cum tutores atteſtarentur, eam impuberum educationẽ
per aliqvot antea annos materno planê affectu fideliter adjuviſſe,
eorum-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0056

eorumq; rem familiarem adminiſtratione ſedulò integerrimè curâſ-
ſe; atq; ipſimet confirmationem valde vrgerent; *A. præjud. C. J. d.*
*tit. tutela; vers. an fœmina. p. 346.* Sed nec ij, qvi ſe teſtamento pupillis 435.
tutores ſcripſerunt; ob ſuſpicionem, qvam, ſibi inde attrahunt, ad tu-
telam admittuntur; *l. ex ſententiâ; 29. in pr. de teſtam. tut.* Si tamen ido-
nei eſſe approbentur, non ex teſtamento, ſed ex decreto, tutores
dandi ſunt; nec excuſatio eorum admittetur, qvia conſenſiſſe vi-
dentur voluntati teſtatoris; *l. vxori; 18. §. 1. de L. C. de falſ.* Prædictis 436.
ſimiles ſunt, qvi ſeipſos volunt ingerere, atqve, vt creentur, pecuni-
am dant; *l. ſcire oportet; 21. in fin. de tut. & cur.* vel qvi aliter affectant
tutelas; *§. 5. J. de excuſ. tut. Mayn. l. 4. c. 87. n. 5.* Suſpecti enim itidem 437.
ſunt vltrò ſe offerentes; *l. cura; 3. C. qvi mil. poſſ.* qvive operam inge-
runt; *l. qvæ omnia; 25. §. 1. de procur. c. in ſcripturis; 8. qu. 1. d. O. P. E. d. tit.*
*15. art. 8. §.* **Wir wollen**; *ibi,* **vnd die ſich ſelbſt zur vormundſchafft nicht** *ingeri-*
*ren* **noch eindringen**; *Dn. Præſ. d. diſp. θ. 33. l. b. Dn. Sibrand d. ſect. 14. n. 57.*
Ac magna aliqva fraus ſubeſſe videtur in eâ re vltrò appetendâ, qvam 438.
alij, vt plenam moleſtiæ & periculi; *Gentil. de Juriſd. l. 1. c. 1. ad Orat.*
*d. Marc. verſ. fraus enim; p. 162.* cumq; honeſti otij jacturâ & magno in-
vidiæ cumulo conjunctam; *Böckel. diſqu. 12. p. 284.* ac multis alijs in-
commoditatibus expoſitam; *Cothm. reſp. 83. n. 62. v. 2.* ſtudioſè refuge-
re; atq; ad eam non tàm vocari & invitari, qvàm potius citari, adtra-
hi, compelli & adigi ſolent. Hoc enim munere corporis laborem,
animiq; ſolicitudinem & vigilantiam flagitante; *l. 1. §. illud; 3. & §.* 439.
*ſequ. l. munerum; 18. §. 1. de muner.* ritè functurum, tanqvam in præci-
piti loco ſtantem; *d. l. cum qvædam; 26. C. de A. T.* graviſſimum & pe-
riculoſæ plenum aleæ opus, diurnæ & nocturnæ curæ, plurimum
moleſtiæ, nec non duri concatenatiq; labores certiſſimè manent;
*Freher. d. t. c. 5. p. 16. & c. 8. p. 34. Schrad. d. ſect. 20. n. 30.* Tali itaqve
modo tutelam affectantes ab eâdem illicò repelluntur; qvia haud 440.
veroſimile eſt, qvod pupillos eorumq; bona tueri velint, ſed potius
præſumitur, qvod ea peſſundare ac tollere ſatagant. Unde Alber.
*in l. 1. de tut.* notat, tutores ejuſmodi, qvi per μεταμόρφωσιν qvandam
*paſtorum loco* lycaones ac *lupi rapaces* ſunt, non *tutores*, ſed *tollitores* ab ef- 441.
fectu dici debere; qvia tollant & furentur bona pupillorum. Qvæ
notatio etiam placet *Rebuf. tom. 1. com. in conſt. reg. Gal. tr. de ſent. prov.*
*verb. dation de tutelle gl. 2. verſ. item olim ſolebant; p. 278. Gothofr. de tut. elect.*
*l. 7. cl.*

l. 7. cl. 1. ref. 1. p. 16. Mayn. l. 2. c. 95. n. 2. Damboud. de tut. & cur. impr. admi-
per. c. unic. n. 15. Hos D. Maximilianus II. Gernhaber appellitare
442. ſolebat; cum ut Gerhaben/ qvâ voce Auſtriæ incolis vernaculâ tutores
ſignificantur, minimè ſe gererent; VVehn in pr. obſ. lit. G. tit. Gerhaben;
verſ. hodiè verò, ſed contra officij rationem; Schurf. conſ. 80 n. 2. ſe præ-
berent als verzehrer / nicht mehrer der Pupillen güter; Beuth. conſult. de jur.
443. prælat. l. 1. c. 1. Sicq; olim à C. J. Comitem qvendam, qvi ſe ſponte in-
gereret, â tutelâ rejectum fuiſſe notat A. præjud. d. tit. tutela, in causâ
Ripolzkirch contr. Falckenſtein verſ. præcipuè, p. 348. Qvâ occaſione & il-
444. lud hic conſideratur, qvod ê tutelâ, tanqvam munere gratuito; l. à
tutoribus 33. in fin. de A. & P. T. tutori gratuitam, ſane integram & ab-
ſtinentem omni lucro fidem præſtare obſtricto; l. qvi ſine, 38. prope
fin. de negot. geſt. lucrum facere, ſicq; ſalarium petere haud liceat; l. in
445. eos; 9. de tut. l. qvi negotiationem 58. in fin. pr. de A. & P. T. Piag. de tut. qu.
3. n. 25. H. Piſt. O. 124. n. 1. Her. de fidei, c. 26. n. 129. niſi ab hoc, qvi eum
dat, ex certâ causâ d. l. 33. VVurms. l. 1. tit. 28. O. 11. n. 2. vel etiam â con-
446. tutoribus ei, qvi adminiſtare debet, ſeq; aliter exhibere neqvit, illud
conſtitutum fuerit; l. 1. §. ſi pupillus; 7. de tut. & rat. diſtr. Dignus etiam
eo eſt tutor, qvi ex operis vel artificio ſuo ſolet ſe exhibere, obq; ejus-
447. modi officium vacare cogitur; l. ſed etſi; 11. §. 1. ad exhib. Qvemadmo-
dum enim ſumtus, qvos tutores ex officio in pupillos, l. qvid ergò; 3. in
pr. de contr. tut. ſive necesſariò & ex juſtis honeſtisq; cauſis etiam ſine
prætoris decreto bonâ fide faciunt, potius juſtitiâ qvam alienâ aucto-
448. ritate firmantur; l. ſumtus; 3. & ibi Dn. Næv. C. de A. T. Mager. d. tr. c. 14.
n. 390. ita qvoq; tali in caſu ipſa juſtitia inſumto labori precium pro-
ponit; arg. l. ſi tibi; 13 verſ. ſed ſi puerum; de præſcr. verb. Gvid. Pap. qu. 48.
n. 6. Qvare mercedem operæ ſuæ rectè petit tutor agricola, qvi ipſe-
449. met pupilli fundum coluit; Bäec. de decim. tut. c. 21. n. 25. vel ſartor, qvi
pupillo ſuo veſtimenta confecit; Eſcob. d. c. 27. n. 54. Tutoribus qvoq;
450. ſolicitatoribus, procuratoribus & alijs, qvorum operis pupillos uti
oportuit, ſupremæ curiæ Pariſienſis & Toloſana aliqvoties, præſer-
tim verò menſe April. anno 1564. & mense Jul. anno 1578. ſalaria asſignà-
runt; Pap. l. 6. t. 2. ar. 5. & l. 15. t. 5. ar. 12. Mayn. l. 6. c. 56. n. 3. verſ. ſi
451. verò; Eandem ob cauſam tutori advocato, qvi in causâ pupilli patro-
cinatus fuit, ſalarium debetur; V. de Franch. dec. 122. n. 4. Eſcob. d. c. 27. n.
52. Sicq; reſponderunt JCti Lipſ. menſ. Aug. anno 1614. Berl. dec. 134. n. 8.

Nam & advocatus in propriâ causâ ab adverſario in expenſas con-
demnato juſtè aliqvid honorarij pro operâ navatâ repetit, qvando 452.
eam ob cauſam tempore excluſus operis ſuis minus lucrari potuit,
ſicq; damnum è patrocinio propriæ cauſæ paſſus fuit; cum officium
ſuum nemini damnoſum eſſe debeat; *l. ſed ſi qvis; 7. teſt. qvem. l. ſi ſer-*
*vus communis; 61 §. qvod verò, 5. verſ. idq; evidentius; de furt. l. ſi qvando;* 453.
*19. verſ. ſed tum minimè; C. de teſt. Mynſ. cent. 1. O. 2. n. 2 Valaſc. rer. jud.*
*Luſit. c. 25. n. 21. Lancel. de attent. p. 1. c. 31. n. 164. & ſequ. Berl. concl. pr. 78.*
*n. 52. p. 1.* Et certè valde iniqvum eſt, ut pœna temerè litigantis miti-
us infligatur victo in causâ, in qvâ advocatum adverſarium habuit, 454.
atq; iſte cauſam propriam ſumma diligentiâ peragens deterioris con-
ditionis eſſe debeat, qvàm in alienâ patrocinans; *Viu. dec. 40. n. 4. &*
*ſequ. Chriſtin dec. 98. n. 5. vol. 4.* Sed & advocato, qvi alij victori gra-
tuitam operam præſtitit, victus honorarium rependere tenetur, niſi 455.
donandi animo id fecerit; *arg. l. idemq; 10. §. fin. junct l. ſi verò; 12, in*
*pr. mand. Bocer. cl. 5. diſp. 30. θ. 8. lit. c.* Illud tamen, æqvalitatis in judi-
cio ſervandæ ergò, conſtitutum fuit, vt victo eas tantum expen- 456.
ſas refundere incumbat, qvas reverâ victor fecit, non verò â qvibus,
ratione privilegij, vel officij dignitatisve intuitu, immunis fuit; *l. fin.* 457.
*C. de fruct. & lit. expenſ. l. in ſacris; 12. §. & qvoniam; 4. C. de prox. ſacr.*
*c rin. Aſin. in prax. jud. p. 1. § 32. c. 2. lim. 28.* Diſſ. *Coſtal. ad l. eum qvem;*
*79. de jud.* opinionem ſuam arreſto â ſupremâ curia Paris. *d. 10. Febr.* 458.
*anno 1512.* prolato firmans. More item, legibus ac ſtatutis multorum
populorum introductum eſt, vt tutores ratione ſuſcepti oneris qvæ-
dam commoda ſentiant. Sic paſſim Regum, principum & illuſtrium
perſonarum tutores vnâ cum ſuis ex bonis ipſius impuberis regis, 459.
principis, vel alius perſonæ illuſtris aluntur; *Men. conſ. 228. n. 31. vol. 3.*
In Germaniâ qvoad principes tutelam electoralem adminiſtrantes 460.
plerumq; id ita fieri ſolet. Qvibusdam etiam in locis, præſertim in
Saxoniâ, parens vtriusq; ſexus tutelam liberorum gerens fructus re- 461.
rum pupillarium ſuos facere conſvevit, eâ tamen lege, ut illos hone-
ſtè alat, rectè inſtitui curet, atq; æs alienum diſſolvat; *Goth. ad d. l. 33.*
*§. fin. lit. l. VVes. in π. de tut. n. 5. verſ. qvin morib. Sax. Scult. qu. pr. 46.*
*n. 20.* In electoratu Palatino nonnunqvam tutores in rationum reddi-
tione ſalaria licitè ponere poſſunt; *d. C. P.* Landsordnung *tit. 3. art. 22. ibi;* 462.
Es ſollen den vormunden/ inſonderheit den jenigen/ ſo den Kinderen nicht ver-

wand/ vnd im fall an deren erbſchaft nichts zugewarten haben/ nach gelegenheit der geſchäffte vnd gehabten mühe/ auch der Kinder vermögen / eine zimbliche belohnung oder ergetzung geſchöpft vnd fürther der Rechnung einverleibt werden.
463. *Idem ferè in Ord. Pol. oppidi Francof. ad Moen. p. 7. tit. 3. §.* So nun ſolches; *4. exprimitur; ibi,* Wo die perſonen der vormunder geringen vermögens/ vnd jhre arbeit oder handwerck/wegen jhnen auffgelegten vormundſchafft/ zeitlich vnd beſchwerlich hätten verſeumen müſſen/ ſo ſol jhnen durch vnſere Schultheiß vnd Schöpfen eine zimbliche belohnung/ nach billigkeit/ vnd nach dem es der pflegkinder nahrung erleiden mag/ erkennet/ den vermögenden vormunderen aber von jhren pflegkinderen vor ſich/ nach geendeter vormundtſchafft/ ſchuldige danckbarkeit erwieſen werden.
464. Qvemadmodum enim, *teſte Cicerone l. 1 off.* nullum officium referendâ gratiâ in R. P. magis eſt neceſſarium: ita qvoqve inprimis pupillos fidis tutoribus gratiam rependere convenit; *Damhoud. de pup. min. & prodig. benè gubern. grat. act. c. vnic. n. 9.* Peculiari
465. itidem Hamburg. ſtatuto auß vernünfftigen vrſachen vnd das ein jeder zu dem beſchwerlichen vormundſchaftambt deſto williger erfunden werden mögte; apertè cavetur, das bey anhörung der ſchlußrechnung den vormünderen/ nach geſtaltſame der perſonen vnd der Kinder vermögen/ eine zimliche belohnung wie-
466. derfahre vnd gefolget werde; *d. S. O. H. d. tit. 6. §. 20.* Contrarium ſtatuto Lubec. *l. 1. t. 15. art. 14.* diſponitur hiſce verbis: Vormunder oder Beyſorger/ ſie ſeind verwand oder nicht verwand/ ſollen vor jhre vormundſchaft
467. oder beyſorge keine beſoldung nehmen oder gewärtig ſein. Per expreſſas regias ſanctiones in Bohemiâ pupillorum ſine heredibus ſangvine ſibi junctis decedentium ſucceſſio; Landsordnung des K. Böhem *art. 517. p.*
468. *64.* apud Hiſpanos decima fructuum è bonis pupillorum provenien-
469. tium; apud Luſitanos viceſima pars, remunerandi laboris causâ, tutoribus tribuitur; *Gutier. d. p. 3. c. 2. n. 15. & ſequ. Eſcob. d. tr. c. 28. n. 2.*
470. *& ſequ.* Ex conſvetudine diverſarum Franciæ provinciarum, decedente patre vel matre nobili, ſuperſtes conjunx habet relictorum communium liberorum tutelam, qvam *garde noble* appellitant, nempe maſculorum vsq; ad *14.* fœminarum vſq; ad 12. annum, eâq; durante in nonnullis locis, *vt apud Barroducæoſe* ſua facit mobilia & fructus immobilium, ita tamen, vt hos pro familiæ conditione honeſtè exhibere, debita tàm realia qvàm perſonalia ſolvere; & immobilia, more boni patrisfamiliâs, colere, tueri decentiq; ſtudio conſervare
471. teneatur. Ipſemet R. Galliæ idem jus habet in Normanniâ, fructusq; qvi è bonis impuberum nobilium percipiuntur, cedere ſolet cui vult, vſq; ad tempus pubertatis, cum onere, ut, juxta conditionem & qvalitatem

litatem familiæ, illis, & rebus eorum, de omnibus à ceſsionario ritè
proſpiciatur. In Cabodiſtriâ Italiæ provinciâ *Damhoud. de tut. & cur.* 472.
*merc. c. vnic. n. 19.* atq; in ducatu Burgundiæ itidem ſub eâdem condi-
tione ad tutores impuberum nobilium omnes fructus perveniunt; 473.
*Chas. ad conſu. Burg. rubr. 6. §. qvartò in vb. baliſte & in vb. & faict ladite fem-*
*me.* In Angliâ Dominus, à qvo pupillus prædium habet, tutelam ita 474.
ſuſcipit, vt omnia pupillarium bonorum commoda nanciſcatur, neq;
ad rationum redditionem obſtrictus ſit; dummodò pupillum legiti-
mè educaverit; *Schmith. de R. P. Angl. l. 2. c. 5. verſ. apud nos diverſum. &*
*l. 3. c. 7. verſ. ſecundò* Ad tutelam qvoq; non admittuntur perſonæ ec- 475.
cleſiaſticæ; *l. generaliter; 52. C. de epiſc.* præſertim epiſcopi & monachi;
*N. 123. c. 5.* vbi tamen presbyteris, Diaconis & ſubdiaconis vnam le-
gitimam tutelam, ſi velint, ſuſcipere permittitur Tales ſiqvidem per- 476.
ſonæ non niſi altari & divino miniſterio vacare, ac Deo militantes à
ſecularium negotiorum tractatione immunes eſſe debent; *c. vlt. diſt.*
*88. & c. generaliter; 16. qu 1.* Tutores itidem eſſe neqveunt impuberum
creditores, qvorum ratione jus vetus; qvod extat in *l. fiſtulas; 78. §. 1.* 477.
*de contr. emt. l. ita autem; 5. §. debitor; 4. l. qvoties 9. §. 1. & §. non tantum;*
*7. de A. & P. T. l. creditorem; C. qvi dar. tut. l. nec à tutelâ; 7. C. de excuſ. tut.*
hodiè immutatum eſt, atq; illi, ſi ſubeant vel acceptent tutelam, pri-
usqvam magiſtratui verè expoſuerint creditũ, qvale ſit, vel jus, qvod 478.
habent in bonis pupillorum, eodem excidunt; *N. 72. c. 1. & ſequ. auth.*
*minoris; C. qvi dar. tut.* Poteſt tamen tutor proprij ſui debitoris here-
ditatem adeunti pupillo auctoritatem accommodare, qvamvis per 479.
hoc debitor ejus efficiatur. Prima enim ratio auctoritatis ea eſt, vt
heres fiat; per conſeqventias contingit, vt debitum ſubeat; *l. 1. in pr.*
*& l. ſequ. in fin. h. t.* Debitores qvoq; pupillorum tutores eſſe prohi-
bentur ac ſolutio ijs facta nihil prodeſt; *d. N. 72. c. 4. d. auth.* niſi de- 480.
bitum ſit modicum; *gl. in d. auth. in pr.* Idq; judex ſecundum perſo-
næ conditionem determinabit; *l. qværo; 60. de J. D. Br. in d. auth. n. 6.* 481.
*Obr. d. diſp. 6. 186.* vel niſi illud poſt tutelam ſuſceptam incidat. Qvo
tamen caſu, ſuſpicionis amovendæ cauſâ, contutor vel curator ad- 482.
jungitur; *d. N. 72. c. 2. d. auth.* Cumq; debitoris loco habeatur etiam
fidejuſſor; qvi pupilli patri fidejuſsit, & cui adhuc ex fidejuſſoria cau- 483.
sâ eſt obligatus: ideò nec hujus tutelam ille gerere poteſt, maximè ſi
beneficio excuſsionis & diviſionis, reliqvisq; exceptionibus ſibi

competentibus renunciaverit; *Her. de fidej. c. 29. n. 7.* Qværi etiam
484. hîc ſolet, ecqvid pupilli creditor vel debitor, qvi tutelam ſuſcepit,
nihilominus tutor maneat? *Aff. Azo & Br. in d. auth. n. 14. in fin.* cum
eo ipſo momento, qvo tacet, creditum vel debitum illud amittat,
485. ſicq; *tanqvam non creditor vel debitor* tutor eſſe poſſit. At contraria opi-
nio verior eſt. Eo ipſo ſiqvidem, qvod tacuit, ſe ſuſpectum reddidit
ſuſpicione juris, vt meritò repelli debeat. Nec auditur, ſi ſe credi-
tum remiſſurum dicat. Tum enim non modo turpiter videtur velle
tutelam nummis redimere, contra *d. l. in eos*; 9. ſed etiam in ſuſpicio-
nem incidit, qvod tantopere tutelam affectet, vt malit debito vel
credito, qvâm tutelâ, carere; *Bl. Fulg. & Caſtr. in l. propter litem*; 21. *de*
486. *excuſ. Obr. d. diſp. 18. θ. 198.* Noribergæ creditores & debitores à tutelâ
qvidem non penitus repelluntur; attamen, anteqvam eam ſuſcipi-
ant, magiſtratui creditum & debitum ritè indicare tenentur; *d. R. N.*
*tit. 39. l. 6. ibi*; Ein jeder / der zur vormundſchafft / oder verſorgnüß / auffgenom-
men wird / ſol ſeine ſchulden vnd forderungen / die er zu den pflegkinderen oder
derſelben güter hat oder zuhaben vermeint / vnd die verſehentlich gewuſt hat / deß-
gleichen auch / ſo er etwan in der erbſchafft zugelten vnd zubezahlen ſchuldig / in
annehmung der vormundſchafft vnterſchiedlich anzeigen. Vnd ſo er ſolche ſeine
ſchulden vñ forderungen wiſſentlich verſchweigen / oder ſich darüber der vormund-
ſchafft vnterwinden würde / ſol er dieſelbe ſeine ſchulden fürter zuſuchen vnd zu-
487. forderen nicht macht haben. Creditor item vel debitor à patre ſciente tu-
tor teſtamento datus ad tutelam admittitur, cum plurimum hujus
voluntati tribuatur. At ne ille ſuſpectum ſe reddat, ſtatim qvod de-
bitor vel creditor ſit, ſimulq; qvantitatem debiti vel crediti allegare
debet; *Salic. in d. auth. n. 9. Bachov. d. diſp. 8. θ. 4. lit. c. verſ. niſi debitum*
488. *& creditum.* Atq; ſupremam curiam Gratianopolitanam *d. 6. M. Febr.*
*anno 1461.* ita pronunciaſſe notat Bugnon *in l. LL. abrog.* Mater qvoq;,
489. ſive creditrix ſive debitrix ſit, ſine prohibitione licitè tutelam gerit;
*d. N. 94. c. 1. auth. ad hæc*; *C. qvand. mul.* Idem qvoad aviam, *arg. l. 2. §.*
490. *filiis. 28. ad SC. Tert. Gothofr. ad d. N. lit. Z.* ac proaviam obtinet; *l. cum*;
3. *§. item Pomponius*; 7. *de poſtul. Schrad. d. ſect. 19. n. 24.* Judæos non Ju-
491. dæorum tutores eſſe poſſe Modeſtinus in *l. Spadonem 15. §. jam autem*;
*6. de excuſ.* reſpondens anſam præbuit qværendi, an Chriſtianorum
492. tutela recutitis adhuc hodie committi qveat? Negativa reſponſio
ideò placet, qvia noviſſimum S. J. jus magiſtratibus ſeverè injungit,
ne vlli tutelæ adminiſtrationem decreto demandent, qvi non ſolem-

niter

niter juret ſe perſonæ pupilli ex fide optimè proſpecturum; *d. R. S. P. de anno 1548. & de anno 1577. tit.* von der pupillen *&c. tutoren* vnd vormnnderen/ §. Item daß er; Tale autem juramentum Judæi qvoad pupillos Chriſtianos nunqvam efficaciter præſtare poſſunt. Qvâ ratione enim illi perſonis horum ex fide optimè proſpicient? cum infenſiſſimi crucis Chriſti ac Chriſtiani nominis hoſtes ſint; *c. licet vniverſis; de teſtib. Santern. de aſſecur. & ſponſ. mercat. p. 5. n. 17.* Vnſers einigen Erlöſers vnd Heilands JeſuChriſti vnd aller bekenner ſeines nahmens öffentliche vnd abgeſagte feinde; *Gruber in d. corol.* Si itaq; magiſtratus pupillum Chriſtianum crederet tutelæ Judæi, præſentiſſimo periculo exponeret illius *animam*, qvæ cunctis rebus precioſior; *l. ſancimus; 21. in fin. C. de SS. Eccleſ.* nec non *religionem*; cujus ſumma ratio eſt; *l. ſunt perſonæ; 43. in fin. de rel. & ſumt. fun.* ac *mores*, qvorum integritas & nobilitas hominem maximè commendans; *l. ſi qvenqvam; 31. C. de epiſc. c. nos qvi; diſt. 40. Tiraqu. de nobil. c. 12. n. 9.* facultatibus & dignitati longè præfertur; *l. ſcire oportet; 21. § pen. de A. & P. T.* qvorumve detrimentum aliarum rerum temporalium damnis multò gravius cenſetur; *c. ſunt plurimi; in fin. 6. qu. 1.* Pejusq; agitur cum eo, cujus vita ac mores depravantur, qvam cujus bona & prædia diripiuntur; *c. deteriores; eád.* Et certè Judæorum mores ac noſtri in nullo concordant; ac facile illi, qvamvis pupilli apud eos non educarentur, horum, tanqvam ſimplicium, animos familiari converſatione, qvæ è tutelâ provenit, ad ſuam ſuperſtitionem ac perfidiam inclinarent; *c. 8. de Judæ.* Vnde etiam ſeverè prohibetur, ne illi prætextu alendorum liberorum ſuorum, neq; pro ſervitio vel aliâ qvâlibet causâ chriſtiana mancipia habeant; *l. 1. C. ne Chriſt. manc. c. 2. c. 3. d. c. 8. & c. 13. de Judæ.* Atqve prædictam negativam reſponſionem tuentur *Panorm. in c. pen. d. t. Covar. in Clem. ſi furioſus; p. 1. §. 7. n. 7. de homic. Zaſ. in rubr. ꝟ. de J. & J. n. 8. Plot. de in lit. jur. §. 8. n. 16. Obr. d. diſp. θ. 168. & θ. 177. & ſeqq. Speckhan cent. 7. cl. 1. qu. 16. n. 20. Gregor. d. c. 3. n. 9. Dn. Næv. ad l. fin. in pr. n. 9. C. de Judæ. Mager. d. tr. c. 7. n. 141. Goehaus. in neceſſ. inform. ſuper R. B. animadu. & H. H. reſolut. ad Tr. libr. c. 2. diſp. 3. p. 99.* Diſſ. *VVehn. in pr. Obſ. lit. J. tit.* Juden/ *v. Judæi ſibi invicem; Hunn. d. diſp. de Judæ. θ. 50. & ſeqq. Vachou. d. l. verſ. Judæos &c. exiſtimantes impuberum* Chriſtianorum *tutelam Judæis adhuc hodie committi poſſe, ita tamen, ne illi apud hos educentur.* Præter hos ſuperant alij, qvibus tutelam gerere interdictum eſt. Qvorum-

493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501.

rum ratione prolixiorem telam hac vice pertexere non fert inſtituti
502. ratio. Mantiſſæ loco hic illud ſaltem adijcitur; qvod teſtamento à principe electore datus tutor hanc ſolam ob cauſam à tutelâ haud arceri qveat, qvod pupillorum electoralium proximus agnatus non
503. ſit. Nam I. amplitudo & ſublimitas, qvam electores præ alijs habent, hoc meretur, vt de tutelâ liberorum ſuorum liberê diſponere poſſint; maximè ſi ſtatum electoralem, juſtis, maximis & neceſſarijs de cauſis, teſtando, liberis ac ſubditis ſuis, & per conſeqventias S. J. illæſum ſervare, idq; prorſus agere ſtudent, ne iſte aliqvid detrimenti
504. capiat; *Goth. d. l. 7. clas. 1. reſ. 1. pag. 6.* II. Electori teſtandi facultas liberq; ſtylus haud ita coarctari debet, vt nulla ei electio, nullumve arbitrium ſit, ſed vnus ſaltem in medio relinqvatur, qvi etiam absq; teſtamento per ſe futurus tutor erat, eumq; illi, velit nolit, liberis tu-
505. torem relinqvere incumbat; cum voluntas haud aliter libera dici poſſit, niſi facientis vel agentis velle ſit & nolle; *l. ejus eſt; 3. de R. J.*
506. atq; cuilibet parenti permittatur, amicisſimos & fidelisſimos liberis tutores relinqvere; *l. amicisſimos; 36. de excuſat. Freh. d. tr. c. 10. p. 46.*
507. III. Nusqvam ademta legitur electoribus poteſtas, qvæ Imperatoribus, regibus; *Bod. de R. P. l. 6. pag. 1110. Schrad. d. ſect. 19. n. 28. Gutier. d. p. 1. c. 18. n. 18. Thuan. tom. 1. l. 23. p. 470. col. 2. Betſ. d. tr. pag. 204.* ac perſonis illuſtribus; *l. 1. verſ qvod tamen; C. de tut. & curat. illuſtr.* imò regulariter etiam omnibus vilioris notæ & plebejæ conditionis homi-
508. nibus competit; cujus vi, per divinum jus, *Eſa. c. 38. v. 2. 2. Reg. c. 20. v. 1. ad Gal. 4. in pr.* apertê approbatâ, domum ſuam ordinare, resqve liberorum ſuorum liberiore teſtamentariâ tutorum conſtitutione in
509. tuto collocare poſſint. IV. Regulæ, qvod legitima tutela ſemper teſtamentariæ cedat; *l. ſi tutor; 9. §. 1. in fin. de tut. & rat. diſtr. in pr. J. de legit. agn. tut. d. N. 118. c. 5. d. auth. matri; C. quand mul.* & qvamdiu hæc ſperatur illa ceſſet; *l. ſi quis ſub conditione; 11. in pr. de teſtam. tut.* qvoad illuſtrium etiam perſonarum *d. l. 1.* ſicq; multò magis electorum tu-
510. telam obtinet. V. Durum admodum eſſet, ſi elector illud lubricum tutelæ; *l. in fidei commisſi; 3. §. cum Pollidius; 3. in fin. de vſur.* excluſo paterno circumſpectiore conſilio relinqvere cæco & fortuito ſolius legis arbitrio cogeretur. Hoc enim in genere tantum verſans de proximiore agnato benê & honeſtê præſumit: illud verò circa conſiderationem individui occupatum futuri tutoris cor, mentem, propo-

ſitum,

ſitum, affectum, deſiderium & animum penitius inſpicit & ſcrutatur; *Goth. d. reſ. 1. p 19. & cl 4. repl. 1. p. 259.* Siq; proximum agnatum tutelâ dignum ille deprehenderit, procul dubio in ejus invidiam nullum remotiorem conſtituet. Paterni verò affectus, qvi omnium vehementisſimus eſſe ſolet; *l. cum furioſus; 7 in pr. C. de curat. fur.* aliud ſvadentis libertas necesſariâ proximi agnati conſtitutione iniqvè conſtringitur; *Freh. d. tr. c. 14. p. 78* VI. Talis conſtrictio electorem, præſertim ſi ſibi ac liberis ſuis ejusmodi agnatus averſus, aut etiam ineptus, indignus, ac non ferendus videretur; in perpetuâ anxietate metuq; futuri ſoboli ac poſteritati ſuæ jugi ac periculi exqviſitisſimis afflictionum tormentis cruciaret: cum econtrà proximus agnatus, jam ſuccesſionis certus & ſecurus, non tantum nullo officij genere demereri ſtuderet electorem, ſed & palàm eum offendere haud erubeſceret; *Idem. d. tr. c. 2.* VII. A. B. Caroli IV. *c. 7.* minimè prohibet, ne elector alium, qvàm proximum agnatum, liberis teſtamento tutorem dare posſit: multòq; minus pupillo electorali injungit, vt illum, extra caſum juris, ſine vlla legitimâ exceptione, irrefragabiliter, contra tabb: etiam paternas, tutorem accipere, eiq; ſe & ſua pronâ ſubmittere cervice debeat. Omnisq; nova conſtitutio ita explicanda eſt, vt qvàm minimùm recedat à jure ordinario, & tertio per injuriam obſit; *Vult. conſ. Marp. 17. n. 61. vol. 2.* vbi modò conſtitutio explicationem hujusmodi patitur. Qvam qvidem verba *d. c. 7.* omninò admittunt: *Bachov. ad d. diſp. 6. 3. l. a. v. huc pertinet ardua qvæſtio*; *Gôeh. in d. inform. c. 3. diſp. 9 p. 240.* Cur ergò ſalubriter conſtituta, qvæ expreſsè mutata non ſunt, ſtare prohibentur; *l. ſancimus; 27. C. de teſtam. l. præcipimus; 32. in fin. C. de app.* IIX. Nec firmiter obijcitur, qvod hâc ratione qvoad tutelam conſtitutio *d. c. 7.* fruſtranea redderetur; cum nihil omnino contineret, qvod antea jure communi definitum non fuerit. 1. enim de tutelâ ibi incidenter tantum; principaliter autem de ſuccesſione principum electorum agitur; prout rubrum & nigrum *d. c. 7.* teſtatur. Riem. *dec. 3. qu. 2.* 2. novum non eſt, vt recentioribus S. J. conſtitutionibus qvædam inſerantur, qvæ jure communi antea ſtatuta fuerunt. 3. In hoc prædicti *c. 7.* articulo conſtitutionis finis minimè hic fuit, vt electoribus facultas tutorem liberis eligendi auferretur, ſed potius vt inteſtato electore mortuo disſidia inter litigantes & certantes de tutelâ tollerentur, eaq; non extraneis ſed agnatis

511. 512. 513. 514. 515.

gnatis: non qvibuslibet, ſed proximioribus duntaxat: atq; inter hos ſeniori vnico & vni, laico non eccleſiaſtico, mari non fœminæ deferretur; vt qve ipſemet tutor noſſet, qvousq; munus illud gerere, & qvo termino ex bonâ fide reſignare ſalvamq; rem juveni electori reſtituere deberet. Qvæ ſatis arguunt, hâc etiam in re *conſtit. Carolinam* haud ſupervacaneam eſſe, ſed plurimum momenti habere;
516. *Goth. d. reſ. 1. p. 10. verſ. decimus itaq;* *Freb. d. tr. c. 4.* IX. Nulla ſanè tàm gravis & vrgens cauſa fingi aut excogitari poteſt, ex qvâ prædictum Imp. vlli S. J. principum, nedum de electorum ordine, teſtandi de tutelâ ſuorum arbitrium ac jus ſummè amabile, honorabile atq; inæſtimabile ſæpius allegatâ chryſobullâ, in ipſorum electorum favo-
517. rem promulgatâ, tollere voluiſſe conijciatur; cum teſtamenti favor, præſertim qvoad tutelas, jure divino ac gentium nitatur, eiq; principis conſtitutiones haud facile adverſari qveant; *l. ſi teſtamentum; 10.*
518. *C. de teſtam. Petr. Ant. de Petr. de poteſt. princ. c. 24. n. 91.* X. Clauſula hæc ſalutaris, qvod proximior agnatus electoralis DE JVRE tutor ac curator eſſe debeat, in A. B. D. Sigismundi haud fruſtrâ adjecta hoc operari cenſetur; vt agnatus ſciat ſe tutorem eſſe, prout alij ſunt de jure tutores, ſicq; teſtamentario cedat; *Goth. in præfat. l. 1. d. tr. & in*
519. *metat. ſive reſponſ. ad proœm. Zeſchlin. p. 15.* XI. Exempla qvoq; aliqvot recenſentur, qvibus Sereniſſimi electores impuberibus ſuis teſtamento tutores conſtituerunt. Sic Ludovicus III. cognomento *Barbatus atq; Pius* E. P. Otthonem Mosbacenſem, fratrem natu minimum, teſtamento ter, ac vltimâ vice *anno 1436.* repetito tutorem reliqvit, fratribus ætate eum ſuperantibus, Johanne D. Bavariæ & Stephano D. Simmerenſi, poſthabitis; *Goth. d. cl. 4. repl. 4. p. 318. & repl. 11. p. 575.*
520. *& p. 578.* Nec minus feliciter qvam qvietè Ottho tutela ſuâ ex paterno voto perfunctus Sigismundo Imp. fideliſſima ſervitia præſtitit, ac duos Cæſares, Albertum II. *anno 1438.* & Fridericum III. *anno 1440.* cum cæteris electoribus creavit, è pupillis ſuis Ludovicum primogenitum, cognomine *Placidum* ad electoratus ſucceſſionem, Fridericum, Martis pullum, ad rei bellicæ gloriam, Rupertum ad archiepi-
521. ſcopatum Colonienſem educavit & provexit; *Freb. d. tr. c. 15.* XII. Ludovicus V. E. P. filio vnico Friderico fratrem ſuum Johannem Caſimirum Palatinum teſtamento â D. Rudolpho II. Imp. *anno 1581.* confirmato tutorem dedit, eiq; tres S. J. principes, Georgium Fridericū,
Marchi-

Marchionem Brandenburgenſem, Ludovicum D. Wirtembergenſem & Ludovicum Haſſiæ Landgravium, contutores adjunxit; *Goth. d. cl. 4. repl. 9. p. 519.* XIII. Chriſtianus I. E. S. vltimo ſuo elogio relictis liberis impuberibus Fridericum Wilhelmum D. S. tutorem, ſimulqve contutorem Joh. Georgium E. B. conſtituit. Inter qvos poſt obitum teſtatoris *4. Decembr. anno 1591.* convenit, vt ille gubernationi electoratus eiq; connexarum ditionum præeſſet atq; adminiſtratoris titulo inſigniretur; ſed ſcripta miniſtrorum & publica inſtrumenta vtriusq; principis nomine conficerentur; *Idem d. repl. 11. pag. 660.* 522. 523.
XIV. Friderici IV. E. P. teſtamentum, qvo Johannem Bipontium 18. gradu agnationis ſibi junctum, poſthabito Philippo Ludovico Neoburgico, qvi gradu propior erat, ordinum provinciæ conſenſu, tutorem deſignârat, D. Rudolphus II. *22. Novembr. anno 1607.* itidem confirmavit. XV. Laudatisſimum ſeptemuirale collegium ipſo facto ſatis docuit, ab electore tutorem teſtamento legitimè dari poſſe. Ottonem Mosbacenſem enim collegam agnoſcens cum eo, tanqvã electoratus Palatini adminiſtratore teſtamentario, arctisſimum fœdus inivit; *Idem d. tr. l. 2. aſſert. 11. p. 35. verſ. Octava qvod tum.* Idem Johannem Bipontinum, tanqvam qvietum poſſesſorem, ad omnes actus electorales, ipſamq; D. Matthiæ electionem, admiſſum elogio tutoris ac adminiſtratoris comiter dignatum fuit. XVI. S. J. aliqvot electorum, aliorumve principum teſtimonia peculiaribus inſerta literis comprobant, prædictis aureis bullis facultatem de tutelâ teſtandi electori haud ademtam fuiſſe; *Idem d. l. 7. cl. 1. ref. 8. p. 174. Freh. d. tr. c. 17. p. 95.* XVII. Sacrum conſiſtorium in aulâ imperiali illuſtria, qvoad controverſiæ hujus definitionem, præjudicia protulit: dum prævio ejus conſilio non tantũ memoratæ duæ confirmationes teſtamentariarum tutelarum â D. Rudolpho II. clementisſimè mandatæ fuerunt; ſed etiam poſtea, abundè auditis rationum momentis ab vtrâq; parte deductis, S. Cæſ. Maj. cum deprehenderet majorem etiam electorum partem eò inclinare, mentem ſuam peculiari decreto *30. Julij anno 1611.* prolato ſic declaravit, qvod vellet omninò eam confirmationem, qvam qvondam Electori Friderico Seniori *an. 1607.* conceſſerat, ratam & firmam eſſe; ita, vt virtute ac tenore illius Bipontinus, ſalvo tamen alterius jure meliore, vſq; ad deciſionem cauſæ, electorali collegio omnibusq; alijs actibus electoralibus intereſſe

524. (beside line "XIV. Friderici IV...")

poſſet ac deberet. Qvod decretum integrè confert Zeſchlin. *d. c. 8.*
529. *n. 874.* XIIX. Camera J. cum prædictus Johannes Caſimirus teſta-
mento ſibi adjunctos contutores nollet collegas habere, qvoad edi-
tionem teſtamenti, proceſſus; *nempe citationem & compulſoriales*; in gra-
tiam omnium, qvos hoc tangeret, decernebat, cumq; interlocutoriæ
ab eà prolatæ vim reus reviſionis remedio ſiſtere conaretur, illa vo-
to ſuo reviſoribus illius cauſæ, *vigore O. p. 2. t. 53. §. darauff ſollen/4. verb.*
*auch die beyſitzer*; communicato; *Goth. repl. 9. p. 539.* ſatis planum faci-
ebat, muſſitantium opinionem, qvod propter ſæpius allegatam chry-
ſobullam electori tutorem teſtamento dare haud liceret, præſumti-
oni juris adverſari; *Gilm. in ſymphor. ſupplic. tom. 2. part. 1. vot. 4. p. 65.*
530. *v. qvod muſſitant*; Eadem poſtea Bipontinum in proceſſibus contra
eum decretis tutorem ac adminiſtratorem electoratus ſalutavit.
531. Diſſ. *Hotom. in tr. de contr. patrui & nepotis, fol. 25. Roſenth. d. concl. 10. n. 19.*
atq; alij plurimi, qvos allegant & ſeqvuntur Zeſchlin. *d. tr. c. 3. n. 331.*
*& ſeqq.* & Fridenrich. *in ſynopſ. contr. de tut. & adm. elect. Pal. arg. 8. n. 7. pag.*
532. *57. & ſeqq.* *b*] Cujus farinæ ſunt furioſus; *l. 1. §. 2. qvod falſ. tut.*
533. mutus; *l. 1. §. 2. de tut.* ſurdus; *d. l. 1. §. fin.* ſomno aut morbo comiti-
534. ali occupatus; *l. 1. in fin. h. t.* ad aliam regionem; *d. l. 1. §. 2. qvod falſ. l.*
535. *veterem; 5. C. h. t.* vel ad aliam partem datus; *d. l. 5.* Perinde enim eſt,
atq; ſi ei tutela denegata ſit in iſtam regionẽ vel partem; *arg. l. ſi ſi duo;*
536. *51. de A. & P. T.* Sed & ille tutor auctoritatem adhibere prohibetur,
cui adminiſtratio conceſſa non eſt; *l. etſi pluribus; 4. h. t.* ſeu qvi hono-
ris cauſâ datur; *l. ſi qvis; 60. de R. N.* & vulgò honorarius appellatur;
*l. ſi plures; 3. §. 2. de A. & P. T. l. qvod ſi; 14. §. 1. de ſolut.* atq; extranei
loco habetur; *l. tutores; 6. eod.* Nec obſtat *l. pupillum; 49. de A. vel O. H.*
537. vbi Africanus pupillum etiam eo tutore auctore, qvi tutelam non
gerat, hereditatem adeundo obligari ait. Nam expendi debet, vtrum
voluntate tutorum geſtus cuidam commiſſus ſit: an verò pater ita
adjecerit, vt vnus peteret; aut prætor ita decreverit, juxta diſtincti-
onem Ulpiani *in d. l. 14.* poſitam. Atq; illo qvidem caſu cæteri tuto-
res, qvos teſtator adminiſtrare voluit, rectè auctoritatem interpo-
nunt, qvoniam de his dici neqvit, qvod in *d. l. 4.* reſpondetur, non
538. eſſe illis conceſſam adminiſtrationem. Poſſet etiam *d. l. 49.* ad eum
caſum referri & reſtringi, qvo cæteri tutores, qvi actu adminiſtrant,
aliqvid faciendum, velut adeundam hereditatem, decreverunt; vt
videlicet

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0068

videlicet actus ita decretus poſtmodum etiam tutore honorario auctore expediri qveat; *Bachov. d. vol. 2. diſp. 12. θ. 6. lit. c.* Tali etiam tutori, ſi à prætore adminiſtratio ei interdicta non fuit, rectè ſolvitur; 539.
*d. l. 14. §. 1.* Nec qviſqvam putet ad honorarios tutores nullum periculum redundare. Conſtat enim hos qvoq;, excuſſis prius facultatibus ejus, qvi geſſerit, conveniri oportere. Dati enim ſunt qvaſi obſervatores actus ejus & cuſtodes; imputabiturq; eis qvandoq; cur, ſi malè eum converſari videbant, ſuſpectum eum non fecerint. Aſſiduè igitur & rationem ab eo exigere eos oportet & ſolicitè curare, qvaliter converſetur, & ſi pecunia ſit, qvæ deponi poſſit, curare vt deponatur ad prædiorum comparationem. Blandiuntur enim ſibi, qvi putant honorarios tutores omninò non teneri; *d. §. 2.* Adminiſtrationem autem à judice ſibi decerni petat tutor primâ occaſione, poſtqvam qvaliter qvaliter reſciſcere potuit tutelam ſibi delatam, à qvâ excuſari neqveat. Si enim poſtea ceſſet, ſuo hoc periculo facit, omneq; ex morâ reſultans incommodum in ſe derivat; *d. l. ſi qvis; §. qvin autem; 3. l. 1. §. 1. l. ita autem; 5. §. fin. de A. & P. T. l. ſi tutor; 5. C. de P. T. l. 4. C. de ſuſp. Jn d. O. P. E. d. art. 8. in pr.* tutoribus teſtamentarijs ad petendum adminiſtrationis decretum præfiguntur dies XIV; reliqvis menſtruum temporis intervallum conceditur. Principes S. J. plerumq; in aulâ Imp. tutelam confirmari & adminiſtrationem ſibi injungi curant; *Roſenth. d. concl. 10. n. 6.* Fieri tamen illud etiam in Camerâ imperiali rectè poteſt; *Gilm. d. vot. 4. n. 17. v. qvare cum deductum.* Siq; illi ſint teſtamentarij tutores, libello ſupplici in ſenatu exhibito teſtamentum adjungitur. Deinde ſolet ijs in audientiâ publicâ adminiſtratio decerni & deſuper mandatum interponi. Ac jusjurandũ illi, qvando ipſimet præſentes ſunt, non publicè, ſed in conſilio, præſtant, prout in confirmatione tutorum junioribus Marchionibus Badenſibus datorum obſervatum fuiſſe notat *Seiler. in ſelectis. C. J. ſent.* Ab eìdem qvoq; Comites, barones ac nobiles immediatè imperio ſubditi, tutores teſtamento conſtituti, vt plurimum confirmantur; *Geil. l. O. 1. n. 47 Bocer. d. diſp. 14. θ 56* Si nulli ſint teſtamentarij, ſolent pupillorum proximi conſangvinei è ſuo ordine aliqvot eligere ac nominare. Siq; hi conſentiant, C. J. hoc ſignificatur àq; procuratore ſpeciale mandatũ habente petitur, vt tutela decernatur & præſtitis ſolemnibus confirmetur. Qvo caſu ita pronunciari conſvevit: Auff

540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547.

548. anſuchen/ erwehlen vnd begehren/ N. auch darauff N. N. erfolgte bewilligung/
ſeind dieſelbe N. zu vormundern/ doch das ſie zuvor gewöhnlich gelübd/ eyd vnd
Obligation thun/ verordnet. Darauff werdet jhr D. in krafft fürbrachten gewalt
angeloben *&c. Barth. d. p. 5. p. 1217. lit. g.* Qvod mandatum, ſi non eſt
publicum notarij inſtrumentum, ſubſcriptiones & ſigilla mandan-
549. tium reqvirit. Qvo intuitu tribus principibus tutoribus *7. Decembr.*
*anno 1592.* confirmatio tutelæ denegata fuit, qvod mandata non ipſo-
rum principum ſed conſiliariorum manibus ſubſcripta & Cancella-
riarum ſaltem ſigilla ijs impreſſa fuiſſent; *Auct. præjud. d. verb. tutela,*
550. *n. 5. p. 345.* Si vero nominati in dationem non conſenſerint, contra
eos citationem ad vivendum ſe confirmari aut ordinari nominantes
impetrant; *Geil. l. 2. O. 108. n. 5.* Tumq; illos judex cauſis, cur con-
ſentire nolint, auditis vel excuſatos habet, aut, his non attentis, ordi-
nat. Qvos ſtatim vel ipſosmet vel per procuratorem ſpeciale man-
datum habentem ſolemnia præſtare oportet; *Roſenth. d. concl. 10. n. 69.*
551. Ipſum ſiqvidem noviſſimum S. J. jus expreſsè reqvirit, vt tutor qvi-
libet adminiſtrationem non niſi magiſtratus decreto demandatam
ſubire, eâ decretâ inventarium ritè conficere, rectèq; cavere ac ju-
rare debeat, ſe perſonis & rebus ex fide præfuturum, bona in rem
ſuam non converſurum, nec ſine decreto magiſtratus obligaturum
vel alienaturum, annuas rationes, exigente magiſtratu, redditurum
aliaq; geſturum, vti oporteat, ſub hypothecâ omnium bonorum;
*d. R. G. P. de anno 1548. de anno 1577. d. tit. §. 2. & ſequ.* Qvæ etiam in-
552. troducta fuit per *l. pro officio; 20. C. de A. T.* Ultra hanc autem hodie
alia qvoq; cautio â tutore exigitur, qvando eam pupilli ſalus flagitat.
553. Nam dictis conſtitutionibus jus antiqvum hoc in caſu non mutatum
ſed potius confirmatum & magiſtratui injunctum fuit, vt provideat,
554. qvò pupillo à tutore rectè & idoneê caveatur. Satisdatio autem; qvæ
illo jure tutori incumbit, eſt cautio, qvâ datis fidejuſſoribus rem pu-
pilli ſalvam fore promittitur; *l. non qvaſi; 4. §. 1. rem pup. ſalv. l. præto-*
555. *riæ; 7. de ſtip. præt.* aut in ſubſidium, ſi tutor fidejuſſores invenire non
poſſit, eorum loco pignora dantur, vel pecunia in vicem ſatisdatio-
nis deponitur; *gl. in d. l. 7. in verb. ſatisdationis, Obr. d. diſp. 8. θ. 362. Ba-*
556. *chov. ad d. diſp. θ. 5. lit. b.* Diſſ. *Tr. d. diſp. 8. θ. 5. l. b.* qvi exiſtimat ſatis-
dationem tutoriam fidejuſſoribꝰ tantū fieri debere, nullamq; aliā ca-
vendi rationem admitti & poſtea *lit. c.* jus novum antiqvo opponit.

Sanè

Sanè olim tutores teſtamento dati non cogebantur ſatisdare; *l. teſta-*
*mento; 17. l. ſi nemo; 19. verſ. neq; enim; de teſtam. tut. l. qui à patre; 2. de* 557.
*confirm. tut. l. de creationibus; 27. C. de epiſc. aud. l. in dubium; 3. & l. ſequ.*
*C. de tut. & cur. qvi ſat. §. fin. J. de tut. pr. J. de ſatisd. tut. Concennat. l. 3.*
*c. 7. n. 19.* Verùm & ijs hodie ob diſpoſitionem prædictarum conſti-
tutionum decretâ adminiſtratione idonea cautio incumbit; *Gödd. de* 558.
*contr. & commit. ſtipul. c. 5. concl. 22. n. 318. verſ. qvod tamen; & ſequ. Pruck-*
*man. conſ. 41. n. 8. Her. de fidejus. c. 5. n. 233. Ruding. cent. 5. O. 40. n. 1. Ber-*
*lich dec. 141.* vbi JCtos Witebergenſes *M. Febr. Anno 1624.* ita pronun-
ciâſſe teſtatur. Sed & olim is, qvi inter plures teſtamento datos tuto- 559.
res offerret ſatisdationem, ut ſolus adminiſtraret, audiebatur; *d. l. 17.*
Qvod etiam hodiè adhuc qvoad alios tutores obtinet, vt è duobus 560.
vel pluribus vnus idoneê cavens in adminiſtratione præferatur;
*Mayn. l. 4. c. 18.* vbi in ſupremis Franciæ curijs ita judicatum fuiſſe te-
ſtatur. A tutoribus principum aliarumve perſonarum illuſtrium 561.
prædicta ſolemnia ex conſvetudine hodiè raro præſtari ſolent; *Coth.*
*reſp. 43. n. 112. vol. 1. Goth. d. tr. l. 4. reſ. 5. p. 31. M. VVacker à VVackenfels in*
*vot. aul. ſup. illuſtriſſ. DD. S. contr. de jur. præced. p. 11. v. omittimus.* Hæcq;
etiam qvoslibet alios tutores à juramenti præſtatione in Pomeraniâ; 562.
*M. Steph. cent. 1. qu. 98. ex Inſt. Imper.* à ſatisdatione, in curijs Delphina-
tus Francici; *Gv. Pap. qu. 330. n. 5. Gregor. in d. S. J. V. l. 12. c. 3. n. 1.* in qvi- 563.
busdam etiam locis ab inventarij confectione liberat; *Crot. conſ. 131.* 564.
*n. 51. Beſ. d. tr. p. 419. in fin. Zeſchlin. in d. tr. c. 8. n. 626. & 628.* Verum
vtvt hæc ita fiant: attamen nullius dignitatis; *arg. l. niſi ſi dolo; 3. §.* 565.
*item ſciendum; 3. ſi cui plus qvam per L. Falcid. l. 1. §. 1. vt legat. ſeu fideicom.*
ſtatuti vel conſvetudinis vi tutores, qvicunq; etiam ſint, à vinculo,
qvo prædictum jus eos juſtisſimè tenet, liberari poſſunt; *Scrad. d. ſect.*
*20. n. 317. Fridenr. d. tr. c. 8. n. 643.* ſed nihilominus, qvantumvis ſolem-
nia actu non præſtiterint, arctisſimè obſtricti manent, vt pupillorū
ſuorum ſtatum tueantur ac conſervent, hisq; finitâ tutelâ aurum, vt
acceperunt, reddant, nec pro auro aut imprudenter plumbum, aut
fraudulenter æra ſupponant, nec auri ſpeciem, ſed naturam plane,
*i. e.* omnia bona & jura ſalva ac illæſa reſtituant; *ex Vincent Lirimenſ.*
*Goth. d. l. 7. cl. 1. reſ. 2. p. 30.* Tum qvoq; Camera J. immediatè tutores 566.
pupillis ordinare ſolet, qvando inter ordines S. J. à qvorum altervtro
mediatè hoc fieri debuiſſet, de jurisdictione litigium exiſtit, ne vi-

videlicet eo durante res pupillorum indefenſorū; aliqvid detrimenti
capiant neve qvidam è litigantibus immaturà ordinatione altervtri-
567. us juri præjudicet; *Schuanm. O. 12.* More Francico regiæ ſtirpis proce-
rum pupillis tutores immediatê dantur, ijsq; adminiſtratio defertur
in arcano & intimo regis conſilio; *Chop. de jurid. Andeg. l. 1. c. 40. n. 390.*
568. Cæcus tutor præſtare auctoritatem poteſt; *l. cæcus; 16. h. t.* cum ea
non tâm viſum, qvâm loqvelam, deſideret; *d. l. 1 §. fin. de tut.* Idem
569. qvoad minus audientem, qvi ex accidenti ſurdus factus fuit, dicen-
dum eſt; *arg. l. fin. de legit. tut.* dummodò is ex literis aut per ſigna ve-
rê intelligat, qvid agatur, illudq; comprobet; *Mejer. d. t. 8. n. 5.* Haud
570. etiam verba ſemper ad auctoritatis accommodationem reqvirun-
tur; *arg. l. impuberes; 13. & ibi gl. in verb. tacuerint. l. h. h. t.* ſed nonnun-
571. qvam actus facti ſufficit; *arg. l. inter. pupillos; 20. h. t.* Indeq; regula ex-
titit, qvod verba in ijs, in qvibus per ejusmodi actum proceditur, ad
auctoritatis præſtationem haud neceſſaria ſint; *Mantic. de tacit. & amb.*
572. *convent. tom. 1. l. 6. tit. 13. n. 30.* Voluntas ſiqvidem, à qvâ hæc depen-
det, *l. ſi ad pupillum; 11. in pr. h. t.* facto etiam, & nonnunqvam melius,
qvàm verbis declaratur; *l. ſi tamen; 48. §. ei qvi; 3. de A. E. l. non ſolum;*
*5. rat. rem. Men. conſ. 110. n. 1. & conſ. 121. n. 90. Sotom. d. tr. c. 7. n. 117.*

## VI.

**Auctoritas vt firma ſit, in ejus interpoſitione legitimus modus *a*] à tutore *b*] obſervari debet.**

573. *a*] Qvo non ritê obſervato nihil agi intelligitur. Nulla enim dif-
ferentia eſt, non interveniat auctoritas tutoris an perperàm adhibe-
atur; *l. 2. h. t. & arg. l. qvoties; 6. qvi ſatisd. l. cum vitiosè; 25. de pignor. l. 3.*
574. *de fidej. & mand.* Ad qvem modum præcipuê & hoc pertinet, vt tutor
præſens ac ſciens, etiamſi non interrogetur, *l. 3. l. non multum; 14. h. t.*
& qvidem in ipſo negotio; *l. obligari; 9. §. tutor; 5. eod* auctor fiat. Idq;
575. tum evenire extra controverſiam eſt (1.) qvando ipſe vnâ cum pupil-
576. lo negotium tractat: (2.) aut illud à ſolo pupillo coram & præſente
ſe geſtum ſtatim, vt perfectum eſt, approbatione ſuâ firmat; *Giphan.*
*l. 1. antinom. J. C. diſp. 6. ad § 8. n. 13. Lindem. in exercit. Juſt. diſp. 1. tit. 21.*
577. *§ 4.* Sed & (3.) tunc auctoritatem rectè interponere intelligitur, ſi
perfecto negotio ſuperveniens illud intellectum & cognitum ap-
probet, etiamſi illi non interfuerit; *arg. l. ſi qvis mihi; 25. §. juſſum; 4.*
*de A. vel*

*de A. vel O. H.* cum verba *in ipſo negotio* in *d. §. tutor*; 5. opponantur in-
tervallo, temporis longiuſculo; *l. nunqvam; 31. in pr. ibi, poſt longum* 578.
*tempus; de vſucap.* Hinc Accurſ. in verb: d. §. *poſt tempus* ſubaudit *non*
*modicum.* Idem placet *& Br. Goth. ibid. lit. b. Bachov. d. diſp. 8. θ. 6. lit. e.* 579.
*& ad §. tutor autem; J. h. t.* Diſſ. *Hotom. 1. amic. reſp. 3. Don. 3. com. 13. & l.*
*7. c. 9. Tr. d. diſp. 8 θ. 6. lit. e.* Imò (4.) in ipſo etiam negotio auctorari 580.
cenſetur, ſi pro re natâ negotij mox â pupillo gerendi rationem, for-
mam & modum præſcribat; aut eo modo gerendum, qvo legitimè 581.
geri debet, approbet, etiamſi poſtea reliqvo ejus actui, vel actibus o-
mnibus, ſi plures ſint, vſq; ad finem non interſit; cum tutoris præſen-
tia in ipſo negotio qvidem, non vero præcisè ad omnem ejus actum
reqviratur; *Br. in d. §. tutor; Cujac. 13. O. 31. Berens. l. 1. diſſ. Acad. diſp. 2.*
*them. 2. qu. 6. Bachov. d. loc.* Diſſ. *Goehaus. d. diſp. 3 pag. 99.* Exemplum
vltimi prædicti modi evidens in hoc Marciani reſponſo occurrit. 582.
Tutor enim ſuſcipienti judicium pupillo auctoritatem vnâ tantùm
vice accommodat, approbando ea, qvæ in judicio ab illo peragenda
ſunt, eo modo, qvo legitimè peragi debent; minimèq; neceſſe habet,
vt poſtea vni vel alteri judicij actui, nedum omnibus, ipſemet præ-
ſens interſit atq; ad finem vſq; commoretur. Verba itaq; *in ipſo nego-*
*tio*, in d. §. tutor; 5. item *præſens* in d. l. 14. absq; cavillatione in ſano ſen- 583.
ſu accipienda ſunt, adq; ea, qvæ ſolemnitatem juris deſiderant, expli-
canda, tutoris auctoritas ſemper ita adhibenda eſt, prout negotij ra- 584.
tio flagitat; *l. curatorem; 19 h. t. Riem. d dec. 3. qu. 7.* De eo aliqvando
diſceptatum fuit, an contractus à ſolo curatore judiciario absq; mu- 585.
lieris præſentiâ & conſenſu celebratus, qvem ea deinceps ratum ha-
buerit, validus eſſet? Affirmativa reſponſio fundatur ijs, qvæ tradunt.
*Bl. in d. l. ſi qvis mihi; VVeſ. in π. h. t. n. 5. Her. de fidei. c. 7. n. 42.* hancq;
reſponſo ſuo approbârunt JCti Jenen, *M. Nov.* & Witeb. *M. Dec. anno*
*1623. Berl. dec. 148.* Diſſ. *Piag. de tut. qu. 15. n. 18. Simoncel. de decret. in præ-* 586.
*fat. n. 36. & ſeqq. Moller. l. 1 ſemeſtr. c. 18. n. 3. v. ſed contrariam; & in com.*
*ad conſt. elect. Aug. p. 2. c. 15. n. 34 & ſeqq.* Per literas vel per nuncium in- 587.
terpoſiturus auctoritatem tutor nihil agit; *d. l. 9 §. tutor; 5. §. 2. J. eod.*
Verum etiamſi non exaudiat tutoris auctoritatem is, qvi cum pupillo 588.
contrahit, ſcriptis tamen hoc approbetur, rectè negotium geritur;
veluti ſi abſenti pupillo per epiſtolam vendam aliqvid aut locem, &
is tutoris auctoritate conſentiat; *d. l. 9. §. fin.* Cauſas judiciales qvod
attinet,

589. attinet, ſufficit tutori ad plenam defenſionem, ſive eas ipſemet, ſive
pupillus ipſo auctore, tractet. Licentia igitur erit, vtrum malit ipſe
pupilli nomine litigare, an hunc exhibere, vt ipſo auctore judicium
ſuſcipiatur; *d. l. 1. §. ſufficit; 2. h. t.* Sed & ſi judicium qvidem cum pu-
590. pillo, tutore auctore, acceptum fuerit, ac poſtea hic illo abſente cau-
ſam egerit, firmiter contra tutorem judicatur; *l. ſi ideò 51. de evict.* Si
591. tamen iſte prædicto nomine accipiat aut edat judicium, tutorium
aut exemplum fidedignum teſtamenti, in qvo tutor conſtitutus fuit,
aliudve documentum, ex qvo judici appareat, eum talem eſſe, exhi-
bere debet; *Geil. l. 2. O. 115. n. 5.* Er muß das tutorium fürbringen/ oder ſon-
ſten/ wie er zum Vormund geordnet/ richtig beſcheinen; *Dn. Barth. d. p. 5. p.*
592. *924. lit. g.* Si tamen in illo ipſo judicio datus vel confirmatus fuerit,
exhibitio tutorij haud neceſſaria eſt, ſed ſufficit conſtitutionis, vtpo-
te notoriæ, allegatio; dummodò ea apud acta habeatur, vel aliunde
593. pateat; cum aliâs ſecus ſit; prout in ſuprem. Cur. E. S. Dresd *in causâ*
Erich von Rabil *contra* Hanſen von Schönfeldt *& conſortes 4. Decemb. anno*
*1622.* pronuntiatum fuiſſe refert Berl. *concl 16. n. 12. & ſequ. pag. 1.* Sed
594. nec tali caſu, rem ratam pupillum habiturum, ſatisdare tenetur; *l.*
*vulgò obſervatur; 23. de A. & P. T. l. tutores; 13. l. fin. §. defenſionem; 3. C. eod.*
*Chriſtin. dec. 151. n. 16. vol. 3.* At ſi dubitetur, an tutor ſit, vel an duret
595. vel an geſtus illi commiſſus ſit, æqvum eſt adverſarium non decipi;
*d. l. 23.* Qvare tum tutor cautionem præſtat, non qvidem de rato,
596. ſed qvod illum conſervare indemnem velit; *Schrad. d. ſect. 20. n. 362.*
597. Tutor qvoq;, qvi ipſemet pupilli nomine judicium ſuſcepit, vſq; ad fi-
598. nem ejus perſiſtet; *l. fin. C. de A. T.* atq; in eo omnibus probationibus
alijs deficientibus jusjurandum deferens audietur; *l. tutor; 35. C. de*
599. *jurej.* Si autem absq; juramento probet, & ſententia contra eum fe-
ratur, ab illâ, ſi bonam cauſam habet, provocare & appellationem
600. proſeqvi tenetur; *l. bonam cauſam; 11. C. de A. T.* Qvid verò, ſi ipſemet
per dignitatem, valetudinem aliudve impedimenti genus, pupilli no-
mine, judicio intereſſe nolit, aut non poſſit, an per procuratorem il-
lud expedire poterit? Ante litis conteſtationem hoc ei minimè licet;
601. *l. neq; tutores; 11. C. de procur.* niſi pupillo, qvi jam fari poteſt, præſente
ac volente fiat; *d. l. 11. Roman. conſ. 386. n. 2. v. ad idem; Chriſtin. dec. 61.*
602. *n. 6. vol. 3. Tuſch. concl. 449. n. 2. tom. 8.* cum aliàs judicium, eò, qvod
tutor dominus non ſit, ac nihilominus procuratorem dare contra
expreſ-

expreſſam diſpoſitionem *l. 1. in pr. de procur.* attentet, nullum redda
tur; *H. Hartm. l. 2. t. 5. O. 6. n. 6. Mynſ. cent. 1. O. 38 Goth. in pandect. prax*
*civ. l. 2. tit. 4. pag. 416. lit.* C. A litis verò conteſtatione eidem litis do 603.
mino jam facto; *arg. l. licet; 3. § idem ſcribit; 14. de pecul.* illud permit
titur; *Grat. tom. 4. diſcept. forenſ. c. 644. n. 21. Scac. de jud. cauſ. civil. crim*
*& haret. l. 7. c. 7. n. 261.* Praxis jure fundata ita fert, vt ſi ipſemet tutor 604.
nomine pupilli judicio intereſſe neqveat aut nolit, partes ſuas defe-
rat actori, ita dicto, qvod qvaſi perſonam tutoris in judicio agat; *l.*
*decreto; 24. de A. & P. T. l. tutor 6. quand. ex fact. tut. l. actor; 9. rat. rem. d.*
*l. neq; tutores; 11. C. de procur. l. un. C. de act. à tut. l. ſi actor; 10. C. de appel.*
*Foman. d. diſp. 7. th. 5. lit. d.* qvem tamen ſuo periculo conſtituere tene- 605.
tur; *l. ſolet; 13. in fin. de tutel. d. l. 24. §. fin. J. de curat. C. VV. Scip. l. 1. dec.*
*Cam. 11. v. tutor tamen; p. 50.* eiq; incumbit tutorium etiam conſtituen- 606.
tis vnà cum actorio producere atq; ad acta reponere; *Geil. d. obſ. 107.*
*n. 1. Mart. in π. noviſſ. jur. contr. tit. act. c. 13.* Hocq; à ſolo tutore absq;
magiſtratus vel judicis adminiculo datum ſufficit; *Berlich. d. concl. 16.*
*n. 10. v. attamen & hodie.* Caveat tamen ille, ne in eo *heredum ſuorum*
mentionem faciat, neve pro obſervatione eorum, qvæ actor aget, 607.
ſua propria bona obliget: cum eâ ratione ipſemet tanqvam princi-
palis ejusq; heredes obſtringerentur. *Berl. dec. 14. n. 1. & 5. & dec. 15. n. 1.*
*H. Piſt. O. 20.* Aliâs vero tutor auctoritatem accommodans non ob- 608.
ſtringitur jure proprio, neq; qvicqvam præjudicij ex illâ legitimè ac
ſine dolo præſtitâ ſubit; *l. noviſſimè; 7. qvod falſ. tut. l. cum qvædam; 26.*
*in fin. C. de A. T.* cum eam neceſſitas officij efflagitet; *arg l. qvi cum ma-* 609.
*jor; 14. §. ſi pater, 10. l. Paulus reſpondit, 47. §. 1. in fin. de bon. libert. l. 2. in*
*fin. C. de calumn.* Haud qvoq; tenetur, ſi per valetudinem, vel abſen- 610.
tiam vel aliam juſtam cauſam auctor fieri non potuit; *l. tutor; 10 h. t.*
ſed tum demum, ſi ſine legitimâ cauſâ auctoritatem deneget; *l. ſi tu-* 611.
*tor; 17. eod.* vel calumnioſam aut ſupervacaneam litem inſtituat, ſicq;
ei ratio litigandi non fuerit. Tum ſiqvidem proprio nomine obliga- 612.
tur, eumq; expenſas, in qvas condemnatus fuit, de ſuo ſolvere opor-
tet; *l. qvoties; 9. § nec vtiq; de A. & P. T. l. in ſolidum; 78. § 2. vſ. nec ali-*
*ud; de legat. 2. l. non eſt ignotum; 6. C. de A. T.* Idem ſtatuitur in *d.* Landrecht 613.
deß Hertzogthums Preuſſen; *d. tit. 6. art. 6. § vlt. ibi,* da ſichs auch zutrüge/das
die vormunder von jhrer vormundſchafft wegen/ oder in ſchein derſelben mutwil-
lige frefentliche handlung oder rechtfertigung fürnehmen vnd vben würden / die
ſollen alle darüber auffgelauſene expens/ koſten vnd ſchäden für ſich ſelbſt tragen

vnd darzu willkürlich geſtrafft werden. Verum ſi actor conſenſu pupilli à
614. tutore datus ſit, an per hunc ſolum revocari poteſt? Aff. Br. *in d. l.*
*actor; n. 9. rat. rem.* Dn. Döring *d. l. à. vb. actor; aſſ. 431.* Officium qvoq;
615. actoris finita tutelâ expirat; *l. 1. C. qvand. tut. vel cur.* Capel. Toloſ. qu. 85.
niſi ob factam litis conteſtationem res amplius integra non ſit; *Tuſch.*
616. *concl. 123. n. 2.* *b*] Si plures ſint tutores, auctoritatem omnes ſi-
mul interponere poſſunt vniusq; loco numerantur.; *l ſi plures; 9 vſ. &*
617. *cum tutores; de pact. Gilm. l. 2. rer. jud. dec. 42. n. 125.* Sed & ſufficit, ſi vel
618. vnus ex ijs, qvicunq; etiam ſit, auctor fiat; *d. l. 24. de A. & P. T. d. l. 4.*
*in pr. l. ſequ. in pr. & §. 2. l. qvod dicimus; 7. §. 1 in fin. h. t. l. fin in pr. C. eod.*
*Giphan. d. diſp. 6. θ. 2. Chriſtin. d. dec. 59 n. 6 Pruckm. conſ. 3. n. 20* Qvod
619. procedit, qvando tutela eſt penes omnes in ſolidum; *Morl. in empor.*
*jur. p. 1. tit. 1. n. 4.* Secus verò ſe res habet, ſi inter eos adminiſtratio,
620. vel pro regionibus, vel pro ſubſtantiæ partibus, diviſa ſit; cum eo ca-
ſu qvemlibet ratione regionis vel partis ſibi concreditæ auctorem
fieri oporteat; *l. 4. de A. & P. T* alter vero extra adminiſtrationem ſu-
am accommodare auctoritatem haud poſſit; *arg. l. 1 C. ſi vn ex plur.*
621. *appel. Auct. præjud. d. tit. in fin.* Sed qvando tale qvippiam agitur qvod
ſolutionē tutelæ facit, tum omnes auctorari debent, vt qvod omnes
622. ſimul tangit, ab omnibus comprobetur; *l. fin C. eod.* Extra talem verò
diviſionem, tutoris à magiſtratu loci, vbi pupillus degit, dati mu-
nus ſe ad vniverſum ejus patrimonium extendit; *l. propter litem; 21. §.*
*licet; 2. de excuſ. l. 2. C. eod. A. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. concl. 6. n. 125.*
623. ſicq; iſte etiam qvoad bona alibi ſita auctoritatē interponere poteſt;
*Br. in l pupillo; 27. de tut. & cur. & in l. legitimos; 5. de legit. tut. Ang. in §.*
624. *ſed hoc jure; n. 2. in fin. de Atil. tut.* Ad judicia qvod attinet, litem tuto-
res, ſi plures ſint, pupilli nomine omnes inſtituere qveunt, dummo-
625. dò conjunctim agant. Actori qvoq; contra omnes pupilli loco expe-
riri licet; *d. l. 1. §. 2 de A. & P. T.* Si verò vnum duntaxat ex ijs conve-
626. niat, tum, illo invito, reliqvi contutores defenſionem pupilli ſuſcipere
neqveunt, ne in plures adverſarios deſtringatur; *l. 2. de exerc. act.* ne-
ve per multos tutela ſpargatur; cum facilius vnus accipiat actiones;
*d. l. ſi plures; 3. §. apparet; 6. de A. & P. T. Bl. in l. 1. C. ſi vn. ex plur. Gutier.*
*d. p. 2. c. 4. n. 2.* In C. J. concluſum ac judicatum fuiſſe, qvod pu-
pilli nomine unus tutor conventus alios contutores ſuos compellere
neqveat, vt ſecum litigent illumq, defendant, teſtatur A. Præjud.
Cam.

Cam. *in d. verb. tutela*, Verum in electoratu Saxon. expreſsè conſti- 628.
tutum eſt, vt, vitandæ tædioſæ circa executionem diſceptationis ergò, omnes & ſinguli tutores conjunctim, activè & paſsivè, pupillorum nomine, judicium ſuſcipere eoq; nomine tutoria exhibere, aut qvando ipſimet judicio intereſſe neqveunt aut nolunt, actorem conſtituere debent, niſi res parum moræ, veluti in impetratione arreſti, ſimilive caſu patiatur. Tum enim vnus ex ijs admittitur, ita tamen, vt poſtea in proceſſu arreſtatorio vel ſimili reliqvi etiam contutores tutoriorum exhibitione vel conjunctâ actoris conſtitutione prius geſta rata habeant ac litem legitimè proſeqvantur; *d. C. P. vnd G. O. c. von den vormundern vnd derſelben actoren.* Si verò nonnulli comparere 629.
& agere nolint, judex ad reliqvorum ſupplices preces eos citabit, vtqve officio ſuo ſatisfaciant, adiget; *Specul. l. 1. part. 3 tit. de tutor. §. generaliter etiam; n. 18. Berl. d. concl. 16. n. 24.* Qvoties etiam vnus è pluribus auctoritatem reliqvis præſtare prohibet, tum ea efficaciter in- 630.
terponi neqvit; cum geſtio vnius tutoris nihil valeat, qvando præſens alter vetat; *l. conſilio; 7. §. vlt. in fin. de curat. fur.* Verus & falſus tutor qvando ſimul auctores fiunt, tum geſtum omninò firmum eſt; 631.
*l. 1. §. ſed Pomponius; 3. qvod falſ. tut.* cum regulariter vtile per inutile haud vitiari, ſed potius hoc per illud corroborari ſoleat; *l. 1. §. ſed ſi mihi; 5. de V. O. l. 1. in pr. C. de rei vx. c. vtile; 37. & ibi Muxell. n. 1. de R. J. in 6. Kremberg de ſumt. ſtud. qu. 1. membr. 2. Her. de molend. qu. 41. n. 27. Barſchamp. in rad. clauſ. c. 33. n. 88.* Imò auctoritas etiam â falſo tutore ſolo interpoſita firma manet, ſi poſtea verus tutor negotium ratum habe- 632.
at; *VVeſ. conſ. 3. n. 69. vol. 1.* aut interea dies actionis exierit, aut res vſucapta ſit; *l. ſi falſo; 10. qvod falſ. tut.* Falſus autem tutor is dicitur, qvi ſe ſimulat tutorem; *l. falſus; 43. in pr. de furt.* ſed tutor non eſt; ſi- 633.
cut falſum teſtamentum, qvod teſtamentum non eſt, & modius ini- 634.
qvus, qvi modius non eſt; *l. Paulus reſpondit; 221 de V. S.* Pro tali igitur qvilibet habetur, qvi neq; teſtamento tutor conſtitutus, neq; lege 635.
vocatus, neq; etiam â magiſtratu datus nihilominus adminiſtrationi ſe immiſcet, ſive errore, ſive ſciens, ſive in dubio hoc fecerit; *l. 1. de eo qvi pro tut.* Falſus qvoq; tutor eſt, qvi tutorem jam habenti, extra cauſam legitimam, tutor ſuperadditur; *d. l. 221.* nec non qvi ad certa 636.
negotia vel ad certam regionem datus in alijs negotijs alteriusve re- 637.
gionis rebus auctoritatem accommodavit; *l. 1. §. 2. qvod falſ. tut. Gödd ad d.*

638. *ad d. l. 221. n. 2. Her. de fidejuſſ. c. 20. n. 37.* Sed ne bonâ fide cum pupillo contrahentes falſi tutoris auctoritrte decipiantur, datur contra hunc illis ex edicto prætoris actio reſtitutoria; qvâ emendetur deceptio & damnum inde paſsi reſtituantur; *l. 1. in pr. l. falſus tutor; 11. §. 2. eod. tit.* Si plures falſi tutores auctoritatem accommodârint, eligi vnus
639. potest, à qvo ſolidum petatur. Verùm electione iſtâ cæteri non libe-
640. rantur, ſed tantum perceptione integri ab vno factâ i. e. ſi vnus ſive electus ſolidum præſtiterit & ideò ſi vno electo vel nihil aut non to-
641. tum ſervatum ſit, contra reliqvos, in id qvod deeſt, actio non denegatur; *l. noviſſimè; 7. §. fin. & l. ſequ. eod. tit. Mejer. d. l. 27. t. 6. θ. 11.*

## VII.

**Ad qvem & hoc ſpectat, qvod idem tutor a] accipienti & edenti judicium pupillo b] auctor fieri poſſit.**

642. a] Litis autem, qvæ inter hunc ipſum & pupillum durante tutelâ incidit, ventilandæ ergò, contutor, ſi qvem habet, auctor fieri; *l. ſi plures; 24. de teſtam. tut.* aut eo non extante, in ejus locum curator da-
643. ri debet, vt eadem ritè tractari qveat; *l. 1. & t. t. C. de in lit. dand. tut. §. fin. J. h. t. Giphan. d. diſp. 6. θ. 10* Antiqvitus litem cum pupillo ha-
644. bens propter eam excuſare ſe à tutelâ nō poterat, niſi fortè de omnibus bonis, aut plurimâ parte eorum, vel de hereditate, vel de ſtatu controverſia eſſet; *l. ſi duas; 6. §. amplius autem; 18. l. ſi pupillum; 20. & l. ſequ. de excuſ. §. item propter litem; 4. J. eod.* Verùm hodie nullus eo-
645. rum, qvi obligatas perhibent habere res defuncti, ipſumq; pupillum, aut ejus res, aut etiam, qvi apertè obligatus exiſtit, ad tutelam admittitur; *d. N. 72. c. 1. d. auth. minoris; C. qvi dar. tut.* Olim etiam tutori a-
646. ctiones contra pupillum ab alio rectè cedi poterant; *l. non fit; 12. de reb. cor. qvi ſub tut.* Hodie verò ejusmodi ceſsiones in perſonam tutoris,
647. poſt ſuſceptam vel depoſitam tutelam, donationis, venditionis aliove titulo factæ ſunt ipſo jure nullæ; nec regreſſum ille habet adverſus eum, qvi ceſsit & pupillus ab vtroq; liberatur; *d. N. 72. c. 5. d. auth.*
948. *minoris; Bocer. d. diſp. 6. 97.* Qvando etiam extra judicium tutor bonâ fide & palàm negotium cum pupillo contrahit, vel res ejus alienari haud prohibitas emit, tum adhibenda eſt auctoritas contutoris alterius, qvi & ipſe tutelam adminiſtrat; *l. non exiſtimo; 54. de A. & P. T. l. pupillus; 5. in pr. h. t. l. cum ipſe; 5. C. de contr. emt. Mantic. de tacit. & ambig. con-*

*big. convent. tom. 1. qu. 487. n. 2. Auct. præjud. d. t. v. tutor an posſit; p. 346.* vbi ejusmodi contractum accedente contutoris auctoritate initum à C. J. confirmatum fuiſſe memorat. Si item à creditore pupilli res ejus tanqvam debitoris ſui diſtrahente; *d. l. 5. §. ſed etſi; 5.* vel palàm publicèq; factâ ejus auctione rem pupillarem emit; tum qvia illud interveniente magiſtratus comprobatione fit, alia auctoritas neceſſaria haud videtur; *arg. l. fin. in pr. qvod met. caus. l. ſancimus; 21. C. de A. T. VVeſ. conſ. 47. n. 56. v. item tunc intelligitur; vol. 1. Cæval. in theſaur comm. opin. contr. com. qu. 234. n. 7.* Caſum qvoq; recenſet Fab *in C. def for. l. 5. tit. 35. d. 2. n. 7.* qvo tutor rem pupilli ſine contutoris, aut etiam magiſtratus, auctoritate emere poteſt: nempe ſi plures defuncti heredes rem aliqvam hereditariam vndiderint cum pacto de retrovendendo & ſalvo redimendi jure; atq; ex ijs aliqvis deceſſerit impubere filio relicto, cujus tutor ſit alius coheres. Hic enim ſuo nomine ſibiq; ſoli, citra vllam interpoſitionem auctoritatis, qvoad partem pupilli, licitè rem illam redimit; cum jus redimendi ſit individuum, ſingulisq; heredibus in ſolidum ita competat; *l. heredes; 25. §. an ea; 9. F. E.* vt præventioni locus detur, isq; qvi prævenit vel occupat, agendo totum conſeqvatur; *l. ſi pluribus; 33. de legat. 1. l. fideicommiſſæ; 11. §. ſic evenit; 21. v. vnus igitur, de legat. 3. Onciac. l. 2. Acad. quæſt. 41. n. 8. Schefer. l. 3. qu. 45. n. 10. Majn. l. 8. c. 15. Pap. l. 11. t. 6. ar. 2.* vbi pro firmandâ hac aſſertione arreſta ſupremæ curiæ Pariſ. & Burdegal. ex Charondî *l. 2. reſp c. 65.* & Lucio *l. 9. tit. 2. arr. 3.* confert. Nec prior emtor cogi poteſt, vt partem tantum vni è coheredibus retrovendat; *arg. l. communi dividundo; 7. in pr. C. D. d. l fiſtulas; 78. § qvi fundum; 2. in fin. de contr. emt. l qvod ſi nolit; 31. § Marcellus qvoq; 7. de Æ. E.* cum ille partem haud emturus fuiſſet; *l. tutor, 47. de minor. l. ſi qvis aliam; 46. de ſolut. H. Hartm. l. 2. lit. 22. O. 4. n. 14. Tiraq. de retr. lign. §. 23. gl. 1. n. 8 & ſeqq. & de retr. conv. §. 1. gl. 6. n. 30. Chaſſ. ad conſv. Burg. rubr. 5. §. 1. n. 39. ſub. fin. Merckelb. in epit. Tiraqu. de vtroq; retr. concl. 52. Tilm. p. 1. diſp. 24. θ. 12. Merend. l. 1. contr. jur. c. 50. n. 10.* ac particulari ejusmodi retrovenditione ad communionem, qvæ immenſas contentiones ac diſcordias excitare ſolet; *l. in re communi; 26. de S. P. V. l. cum pater; 77. § dulcisſimis; 20. in fin. de legat. 2.* invitus compelleretur, contra juris diſpoſitionem *in l. ſi non ſortem; 26. § ſi centum; v. nemo enim; de cond. indeb. l. in hoc judicium; 14. §. 2. C. D. l. fin. C. eod. Morqvech de bon. divis. c. 2. n. 2.* Haud

649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658.

659. etiam tali in caſu tutor deteriorem pupilli ſui conditionem feciſſe videbitur; cum ſi non redemiſſet, ſed redimendi tempus labi paſſus
660. fuiſſet, pupillo æqve ac alijs coheredibus res perijsſet; cum præſcriptio conventionalis cœpta cum majore currat etiam contra mino-
661. rem, ſine ſpe reſtitutionis; *l. AEmilius; 38. de min.* Planè tutor & pupillo & alijs coheredibus, ſi qvos habet, rem ita redemtam communicare, non tutelæ, ſed familiæ erciſcundæ judicio, tenetur; dum ei precium, qvod ſolvit, reſtituatur; *d. § an ea ſtipulatio; 9. & §. ſi vnus ex*
662. *coheredibus; 15. v. & omninò.* F. E. Clam verò, latenter & per interpoſitam perſonam tutores cum pupillis contrahere omninò prohibentur; *d. l. 54. de A. & P. T. d. l. 5. §. ſed ſi; 3. & §. ſequ. l. quod dicimus; 7. h. t.*
663. *Panorm. in c. contingit; n. 3. de transact. Natt. conſ. 304. n. 8. Purpurat. conſ. 130. n. 3. l. 1.* Darumb denn in etlichen Fürſtenthumen vnd Reichsſtädten die vormunder vnter anderen ſchweren/ das ſie weder durch ſich ſelbſt/ noch andere perſohnen/ nichts von jhrer pflegkinder gütern an ſich bringen/ noch in jhren nutzen verwenden ſollen vnd wollen/ wie vnd welcher geſtalt ſolches geſchehen vnd men-
664. ſchen ſinne erdencken mögen; *A. præjud. d. tit. in fin.* In Noribergenſium R. P. expreſsè ſtatutum eſt; das kein Vormund in zeit werender vormundſchafft einige haab oder güter/ darüber er vormund iſt/ weder durch ſich ſelbs noch durch andere mittelsperſonen käufen oder ſonſten in andere wege an ſich bringen ſol/ es würde jhm denn ſolches mit erkändnüß der Obrigkeit wiſſentlich vergönt/
665. *d. R. N. tit. 39. l. 9. §. vlt.* Gleicher geſtalt ſollen auch die vormünder jhre güter den pflegkindern nicht verkäufen/ vertauſchen oder aufſſatlen/ auch ſonſten keinen namhafften contract mit jhnen/ ohne beyſein vnd verwilliguug jhrer der pflegkinder nechſtverwandten freundtſchafft/ ſchlieſen/ auch einig geding/ pflicht oder zuſagen von jhnen nicht annehmen vnd erpracticiren; *d. R. Fr. p. 7. tit. 6. §.* gleicher
666. geſtalt; D. Caroli V. Imp. edictum *anno 1540.* in Belgio promulgatum prohibet, ne minores tutori, curatori, aut alij bonorum adminiſtratori, eorumve liberis, qvicqvam è bonis ſuis immobilibus donent
667. aut teſtamento relinqvant. Cum autem in eodem expreſſa *vxorum* mentio haud fiat, inde dubium aliqvando emerſit, an diſpoſitio valeret, qvâ minor conſangvineæ ſuæ curatoris vxori immobilia legârat; Hancq; rationi edicti adverſari ſupremo ſenatui Mechlinenſi viſum fuit; *Chriſtin. dec. 152. n. 3. vol. 3.* Anno illum proximè præcedente
668. ſupradictus Rex Franciſcus I. ſanxerat, omnem diſpoſitionem, tàm inter vivos qvàm teſtamentariam, à minoribus tutori, curatori, adminiſtratori, alijsve ejusmodi perſonis factam ipſo jure nullam eſſe.
669. Qvàm ſanctionem ex memoratâ ratione, qvæ fundatur in *l. qui jurisdi-*

*jùdictioni, 10. de juriſd.* ad perſonarum, qvas illa exprimit, liberos, vxo-
res aliosve neceſſarios ſuprema curia Toloſana porrigere conſve-
vit; *Mayn. l. 2. c. 92.* *b*] Qvod tripliciter fieri poſſe ſtatuit Br. *b.* 670.
nempe qvando tutor duorum pluriumve auctor fit pupillo: 1. vni
qvi ab alio tertio convenitur, atq; hunc tertium alius cauſæ nomine 671.
convenienti alteri: 2. qvi contra tertium agit atq; ab eodem recon- 672.
ventione petitur: 3. qvi in eodem judicio agit & alteri pupillo, qvi 673.
ab hoc convenitur. De tertio hoc modo, ecqvid ſit legitimus, dubi- 674.
tari poteſt. Nam 1. evidentem ἀταξίαν parere ac judici, loco actoris
& rei, vnicam ſaltem perſonam obtrudere videtur, nempe tutoris, 675.
qvi vtriq; pupillo accipienti & edenti judicium auctor fit. Talis au-
tem fœda confuſio in qvibuslibet actibus; *l. fin. v. hæc certè, C. de legit.* 676.
*tut. N. 1. c. 1. §. 1. verſ. inordinatum; & ibi gl. in verb. confuſum; Reinking de
retr. conſ. qu. 2. n. 6.* præſertim vero judicialibus, maximè vitanda eſt; 677.
*c. cum dilecta; de reſcript.* adeò vt eqvum per caudam frenare dicatur, 678.
qvi ordinem in ijs negligit; *Men conſ 51. n. 1. vol. 1. VVarem. ab* Ehrenb.
*l. 1. de fœder. c. 140. & ſeqq. Parth litigs. l. 1. c. 15 n. 4.* II. Ut nemo ſimul 679.
judicis & litigantis officio ritè fungi poteſt; *d l. 10.* ita qvoq; vnus &
idem actor & reus eſſe neqvit; *l. inter litigantes; 62. de judic.* III. Hâc 680.
ratione altervter pupillorum, cui tutor minus faveret, legitimo præ-
ſidio deſtitutus facile præſentisſimo periculo exponeretur, cum ta-
men tantò cautius agendum ſit, qvantò majus periculum è lite im-
minet; *c. vbi periculum; in pr. de elect. in 6.* IV. Tantum qvoq; huic ra- 681.
tione juſti tutanimis neceſſariò decederet, qvantum alteri tutor pa-
trocinio ſuo adjicere conaretur; *arg. l. invicem; 43. de hered. inſtit. l. ſi
qvis ingravi, 3. §. ſi cum omnes; 4. de Sc. Silan.* Et qvemadmodum homi-
nes naturâ ita feruntur, ſi duos ad pugnam procedere intelligunt, vt
alteri eorum magis faveant, lætamq; victoriam precentur: ita idem
qvoq; in pugnâ illâ forenſi, qvæ inter litigantes eſt, evenire ſolet;
*Mayn. l. 1. c. 86. n. 2.* eòq; minus vnus vtriq; certanti aſſiſtere patroci-
nio ſuo poteſt. V. Abſonum eſt vnum tutorem vtriq; pupillo æqvè 683.
obſtrictum, vni adjudicationem, alteri vero condemnationem eà-
dem perticâ admetiri velle; *l. licet; 42. §. pen. de procur.* eumq;, cui
necesſitas tuendi incumbit, qvoad vnum pupillorum hoc agere, vt
contrarius effectus proveniat; *Brun. de ſtatut. c. 7 n. 11.* VI. Hac ra- 684.
tione conſcientiam tutoris naufragium pati oporteret; vtpote qvi
ſciens

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0081

ſciens prudensq; altervtri pupillo injuſtam cauſam foventi auctor-
685. fieret; *Fr. Bald. l. 1. de conſcient. c. 15. n. 2.* VII. Juramentum calumniæ
eandem ob cauſam, vtriusq; pupilli nomine, in tutoris animam haud
præſtari poteſt; *gl. hic l. m. & in l. 2. § qvod obſervari; 2 lit. q. vſ. vnus ſit*
686. *tutor, C. de jurejur. propt. calumn.* vbi ob ſolã hanc rationem concludit,
juxta jus novum, qvo jusjurandum propter calumniam datur, defi-
nitioni huic Marcianæ qvoad tertium illum modum minimè locum
687. relinqvi. VIII. Ipſa juris ratio reſpuit, vt munera tam diverſa vnus
idemq; tutor ſuſcipiat; *l. pen. de O. adſeſſ. l. ſi plures; 9. v. unus difficile eſt;*
*de paſt. d. l. 5 § item; 2. de A. & P. T. l. ille a qvo; 43. §. tempeſtivum; 4. ad*
*SC. Treb. l. hac parte; 10 C. de prox. ſacr. ſcrin. c. quia nonnulli; 3. de cler. non*
*reſid. c. cum ſingula; 32. de præbend. in 6 Geil. 1. O. 44. n. 11.* Nec facile cre-
688. dendum eſt, duobus actibus peragendis vnum ſufficere; *l. nemo; 14.*
669. *§. 1. C. de adſeſſ.* IX. Nihil omninò obſtat, qvo minus tali in caſu, æqvè
ac qvando ipſi tutori cum pupillo lis eſt, alteri, cui minus favet, cu-
690. rator ad litem detur; *arg. d. l. 1. C. de in lit. dand.* Verum hiſce non
obſtantibus magis eſt vt dicamus, qvod accipientis & edentis judi-
cium idem tutor vtriqve pupillo rectè auctor juxta prædictum tertiũ
modum tum etiam fiat, qvando vnus ab altero convenitur. Hoc
691. enim ex ipſo Marciani reſponſo ſatis patet. Haud tamen ille ad hoſ-
692. ce caſus pertinet; qvando vel vtriusqve mutuò litigantis pupilli no-
mine tutor ipſemet judicium ſuſcipere vel vtiq; unicũ tantum acto-
693. rem coſtituere vellet. Nam τὸ agere & τὸ defendere, tanqvam con-
tradictoria, in vno tutore, atq; in eâdem causâ concurrere neqveunt,
*F. S. Weym.* warhaffter vnd gegründeter bericht vom erregten præcedentz vnd
*primogenitur*ſtreit §. kläger vnd beklagte; *ibi,* zwo wiederwertige vnd miteinan-
der ſpaltige parthey en in vormundſchafft nicht vertreten können. Ac defenſio,
694 ceu individua, atq; in faciendo conſiſtens, pro parte præſtari neqvit;
*l. eadem; 4. in fin. l. ſtipulationes; 72. in pr. v. idem puto; l. in executione; 85.*
695. *§ in ſolidum; 5. & l. cum ex causá; 139. de V. O.* Conſtat itaq; illum de-
fendere non videri, qvi in totum non defendit; *l. ſi ſine; 9. § ſi defenſor;*
697. *4. de interrog.* Tutorisq; officium; qvod maximam partem in tuendo
conſiſtit, individuum cenſetur; *arg. l. 1. de A. vel O. H. l. neminem; 4. de*
*leg. 2.* Multa qvoq; in jure noſtro exempla paſſim occurrunt; qvibus
probatur, qvod ejusmodi in caſibus, qvando vna eademq; perſona
operas ſuas diverſis honeſtè præſtare neqvit; ſufficiat, vt vel vnum
dunta-

duntaxat vel etiam neutrum ex ijsdem juvet. Sic vaſallus à duobus 698.
dominis feuda recognoſcens, ſi inter hos bellum oboriatur, atq; v-
terq; ab eo ſervitia exigat, vni tantum, nempe antiqviori ſervire te-
netur; *c. contra omnes; hic fin. lex. 2. F. 28.* adeò, vt in hujus ſervitio po- 699.
ſteriorem licitè offendere qveat; *c. imperialem; §. 2. v. illud quoq; de
P. F. A. per Frid. 2. F. 55. Schn. de feud. p. 5. n. 96. S. brad. p. 6. c. 5. n. 4. H. Piſt.
qu. 47. n. 36. p. 2. l. 2.* Eâdem ratione is, qvi cum pluribus fraternitatē 700.
contraxit, ſi poſtea hi invicem bellum gerant, vni ſolum nempe ei,
cujus primò frater factus fuit, aſſiſtere debet; *arg. l. in operis; 26. locat.
Muſcul. in diſp. de confrat. concl. 50.* Pari modo advocatum, qvi diverſo 701.
tempore duobus monaſterijs operas ſuas locavit, vni tantum, nempe
ei, qvod prius illum conduxit, patrocinari debere concludunt Caſtr.
*in d. l. in operis; n. 2.* Alex. *in l. ſi filiofamilias; § ſi viri in qvinqvennium; n.
16. ſol. matr.* Ex eodem fundamento decidit Bl. *in l. in adoptionem;* C. 702.
*de adopt.* bello captum à duobus, qvorum vnus alterum in capiendo
prævenit, vni ſolummodo, nempe ei, qvi prius cepit, ad paritionem
obſtringi. Rectè qvoq; à qvibusdam traditur, ſi duo pluresve ab eo- 703.
dem in protectionem recepti concurrant inter ſeipſos conflictantes,
neutrum à protectore juvandum eſſe; *arg. c. deniq; 14. qu. 5. gl. in c. fin.
de poſtul. Syntz in diſp. de jur. protect. § 12. Hoping. d. differt. concl. 42. l. c.*
cum tali in caſu protector vnam partem juvando alteram offendiſſe 704.
ſicq; qvoad hanc à debito protectionis munere receſſiſſe videretur;
*Mager. in d. tr. c. 13. n. 433.* Subditus duorum pluriumve dominorum, 705.
qvi invicem bellum gerunt, nulli auxiliari obſtringitur; *Maul. de jur.
int. dom. & ſubd. c. 5. n. 23.* Exempli admodum illuſtris qvoad tutelam 706.
meminit M. Wacker à Wackenfels atteſtans Sereniſſimum tutorem
nomine illuſtriſſimorum pupillorum, qvi litem in imperiali aulâ ha-
bebant, judicium neq; edere neq; accipere voluiſſe, ſed conſiliarijs
vtriusq; ducalis aulæ clementiſſimè injunxiſſe, vt, momentis contro-
verſi negotij probè perpenſis, omnia, qvæ Celſiſſimorum principū
ſuorum nomine neceſſaria forent, vtrinq; fideliter in judicio pro-
poni curarent. Idq; perinde fuiſſe, ac ſi ille vtrisq; pupillis peculiari- 707.
ter curatores ad litem illam aut actores conſtituiſſet, concludit He-
genmüll. in *V. A. ſup. ead. contr. pag. 64. v. nec eſt abſurdum;* cum con-
ſiliariorū auctoritate omnia fere agantur, eorumve conſilio ac pru- 708.
dentiâ principis minoris ætati optimè ſuccurratur; *Rulant. in dec. jur.*



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0083

*contr. qu. 5. Betſ d. diſſ. 4. θ. 22.* ipſiq; ejus vice ac loco ſint; *Scip. d. dec. 111.*
709. Majorq; præſumitur eſſe prudentia & experientia in pluribus conſiliarijs, qvibus generis ſplendore magnificis, virtute eminentibus, auctoritate gravibus & eruditione præſtantisſimis ſecreta principum creduntur; *Dur. de Paſc. in aulic. pol. reg. 13. Norderm. d. diſp. θ. 82. lit. b.* qvi ve ipſimet tutoris auctoritate actorem conſtituere & optimè inſtruere posſunt; qvàm in vnico actore, qvem ipſemet tutor conſti-
710. tueret. Nec juri adverſum eſt, vt in ſupremis curijs emergens qvoad tutoris auctoritatem defectus per æqvipollens qviddam ſuppleatur;
711. *Veral. dec. 323. n. 7.* Sic ſuprema curia Toloſana acta in judicio cum minore, qvi ætatis defectum allegare neglexit, nullumve curatorem ad litem habuit, haud penitus caſſare, ſed è peritis procuratoribus illi curatorem litis adjungere, atq; huic acta communicare conſvevit; vt ex ijs perſpiciat an minor aliqvid egerit vel omiſerit, qvod cauſæ
712. ejus noceat. Si itaq; nihil tale in actis deprehendatur, defectus prædicto modo correctus & reparatus cenſetur; ac confirmatâ prioris judicis ſententiâ minor nonnunqvam in expenſas condemnari ſolet;
713. *Mayn. l. 3. c. 44.* cum pro indefenſo non habeatur, qvi juſtâ defenſione caruit; *arg. l. ſi præſes; 6. C. qvom. & qvand. jud. Ruin conſ. 160. n. 31. l. 1. Grat. tom. 4. diſc. for. c. 668. n. 25.* Ex qvibus etiam facilè patet, qvid
714. ad rationes dubitandi ſuperius adductas reſponderi debeat; cum eæ tum demum militarent, ſi ad prædictum tertium modum alteruter jam expoſitorum caſuum referretur. Qvare prolixa earum refutatio meritò hic omittitur.

## VIII.

**Sed hoc vtrum ita ſit, ſi bis auctor factus ſit tutor, an & vna auctoritas ſufficiat eo animo, *a*] vt ad vtrumq; pertineat. Pomponius *b*] qvidem dubitavit, *c*] Marcianus *d*] verò fortiter defendit *e*] ſufficere vnam auctoritatem. *f*]**

715. *a*] Qvem ſemper in qvolibet actu maximè attendi convenit; *l. ſcire; 13. §. 2. v. ſed etſi; de excuſ.* cum iſte præcipuum tàm in contracti-
716. bus qvàm vltimis voluntatibus locum obtinens; *l. obligationum; 3. §. 1. de O. & A. l. heredes mei; 57. §. 1. ad SC. Treb. Grivel. dec. 5. n. 2.* potisſimũ hoc, qvod agens intendit, non verò vltra ejus mentem operari debeat; *l. ſi qvis intentione; 66. de jud. l. non omnis; 19. in pr. de R. C. l. Caius;*

*86. in fin. de legat. 3. l. Labeo; 7. §. 2. de ſup. legat. l. poſſideri; 3. §. Neratius; de A. vel A. P. Medic. de LL. & ſtat. p. 2. qu. 10. n. 7. Mantic. de conject. vltim. volunt. l. 4. tit. 2. n. 4. Ronchegal. ad l. 3. in pr. n. 27. de duob. reis. Rebuff. tom. 3. comment. in conſt. reg. Gall. tr. de ma. poſſ. p. 230. n. 52. Kremb. de ſumt. ſtud. qu. 1. membr. 4. n. 89.* Sicq; idem qvoad cauſas tutelarum obtinet, prout etiam in ſeqventi illuſtri caſu ita obſervatum fuit: Tutor principis finitâ tutelâ huic apochæ formam transmiſerat, cujus clauſulæ ali- 717.
qvot dubium movebant, ac ſi fortè inde libero principis ſtatui aliqvid periculi contrahi poſſet. Ille rogatus, vt tales clauſulas omitteret, reſpondit, ſe non alio animo ejusmodi apocham expetere, qvàm vt ipſemet ac heredes ratione geſtæ tutelæ eo modo ſecuri redderentur, qvem jus & æqvum flagitarent; neutiqvam vero hac intentione, vt principem, qvi ſub tutelâ fuerit, ad ea obſtringeret, qvæ 720.
principali ſtatui ſeinem freyen Fürſtenſtand illicitas compedes injicerent. Qvâ animi declaratione factâ princeps qvoq; mentē ſuā ita expoſuit; Das er mit ſolchem freundlichen erbieten vnd erklärung/ weil es dieſen billich: vnd rechtmäßigen verſtand haben ſolte/ vmb vertrewlicher correſpondentz willen zufrieden vnd begnüge ſey/ vnd darauff die vberſchickte Notul zu deß Herrn vormunden vnd deſſen poſteritet gnungſamen verſicherung/ ruhm vnd ehren / ſatisfaction vnd freundlichen gefallen in obgemeldtem verſtandt vnd maſe volziehen vnd dargegen die abtret: vnd einräumung gewärtig ſein wolle. Conſultius enim videbatur in tali animi declaratione acqvieſcere gratamq; tutori mentem transmiſſæ formæ confectione demonſtrare, qvàm conceptis è verborum cortice ſcrupulis intempeſtivè traditionem apochæ remorari: præſertim cum ex animo liberationem petentis ac liberantis interpretationem accipiat; *arg. l. fin. C. de cond. indeb. Damhoud. de tut. & cur. liber. c. 1. n. 17.* Sic qvoq; qvoad tutelam animus qvondā 720.
obtinuit ſupradicti E. P. Ludovici Barbati, legem illam filio in teſtamento dicentis, vt à tutore finitâ tutelâ ad gerendum res electorales non admitteretur, niſi & juratò & datis literis illi promitteret, ſe omnia ſervaturum, qvæ pater juſſerat, qvæve, citra omne dubium, non ad deminutionem electoralis ſtatus ſed ejus dem confirmationē ex paternâ proviſione maximè ſpectabant; *Goth. d. l. 7. cl. 4. repl. 11 p. 580.* Si autem non eo animo tutor auctoritatem præſtet, vt ea ad v- 721.
trumq; pupillum ſimul pertineat, in ejus intentione acqvieſcendum eſt, vt bis ſeu diſtinctì vice, nempe ſeorſim pupillo judicium accipienti atq; etiam ſeorſim alteri illud edenti auctor fiat. A merâ enim

ejus voluntate dependet, vtrum hoc bis an ſemel perficere velit.
722. b] Diſcendi his cupiditate, qvam ſolam vivendi rationem optimam in 78. ætatis annum duxit, memor ſententiæ ejus, qvi dixiſſe fertur; κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω προσμαθεῖν τι βουλοίμην i.e. etiamſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliqvid addiſcere; *l. apud Julianum*; *20. de fideicom. libert.* inſigniq; ſedulitate LL. peritiſſimus evaſit, ac doctrinâ Papiniani imbutus D. Alexandro Severo ac-
723. ceptiſſimus conſiliarius fuit; *Rutil. in d. 17. pag. 364.* De qvo optimo principe memoratu admodum dignum refertur, qvod nullam conſtitutionem promulgârit, niſi adhibitis prius in conſilium 20. Juriſperitis, ac 50. doctiſſimis, ſapientibus & diſertiſſimis viris: atq; eo qvidem modo, vt per ſententiam ſingulorum iretur ac ſcriberetur, qvidnam qvisqve dixiſſet, dato tamen ſpatio ad diſqvirendum cogitandumq; priusqvam dicerent, ne de rebus arduis ex tempore reſpondere cogerentur; *Rival. d. l. 4. p. 245. Keller. de O. jurisdp. l. 1. c. 1. p. 17.*
724. Floruerunt ſub eo præter Pomponium multi clariſſimi JCti, qvos adeò in deliciis princeps habuit, vt eos parentes ſuos nominaverit;
725. prout patet ex *l. ex Divi*; *4. C. de locat.* Sicq; tum temporis verè JCtorum fuit aureum ſeculum; *Benkendorf. ad l. r. p. 1 n. 7. de R. J.* Illud
726. qvoq; Pomponij extat ſingulare in legitimam ſcientiam beneficium, qvod omnes ad Julianum vſq; peritos juris diligenter collegit *l. 2. de O. J.* multosq; eruditiſſimos libros conſcripſit, qvi π. compilatoribus plurimum profuerunt. Auctoritatis, qvam inter veteres JCtos
727. habuit, indicia haud levia in *l. L. J. 44. §. an & is 5. de R. N. l. Julianus*; *20. de J. D. l. ſi ego*; *26. de A. vel O. H.* occurrunt; in qvibus JC. Paulus reſponſa ſua Pomponij aliorumq; juris corypharorum auctoritate firmat. Malè tamen ex illis, atq; alijs nonnullis J. V. textibus, præſertim verò *l. un. in pr. vſ. ſanè crebrior*; *de O. quæſt. l. ſi idem*; *11. in pr. de jurisd. l. athletas*; *4. in pr. de his qvi not. inf. d. l. ſcire oportet*; *13. §. 2. v. ſed & ſi maximè*; *de excuſat. l. qvæſitum eſt*; *12. §. ſed ſi fundus 27. de instruct. vel instrum. leg. l. fin. §. lex enim. C. de fideicom. c. vit. diſt. 20. c. 5. diſt. 64. c. 5. de conſtit. c. prudentiam. in pr. vſ. cum integrum*; *de O. & pot. jud. deleg.* inferunt Sehn. *ad pr. J. de Obl. qvæ ex del.* Harprecht *in pr. J. de R. D.* Geil. *l. 1. O. 153. n. 3.* Græv. *in proœm. concl. Pr. jur. n. 116 & ſeqq.* alijve plurimi; *communes DD. opiniones neceſſariam juris auctoritatem obtinere judicemq; ſecundum eas pronunciare teneri*; adeò vt, ſi hoc facere neglexerit, ſen-

tentia

tentia æqvè nulla ſit, ac ſi contra jus ſcriptum prolata fuiſſet. Malè
item aſſeritur à Br. in *l. vlt. prope fin n. 5. C. de pœn. jud. qvi mal. jud.* qvod 728.
judex contra communem opinionem pronuncians litem ſuam faci-
at; à Corat. *in theſaur. comm. opin. in præfat. n. 30.* qvod ideò alijs pœnis 729.
compluribus ſubjiciatur; à Galiaula *in repet. l. centurio; 15. n. 291. de V.
& P. S.* qvod communis opinio legi æqviparanda ſit, ejusq; virtutem 730.
ac vim ſortiatur: ſicq; judicibus, advocatis, litigantibusq; imperet,
vetet, permittat, eosq; puniat; atq; à S. Med. *in tr. de LL. & ſtat. p. 2. qu.* 731.
*ult. n. 7.* qvod eandem illa cum conſvetudine auctoritatem obtineat.
Huic hæreſi addicti inculcant etiam in concurſu duarum opinionum 732.
communium *magis communem præferendam eſſe*; cum nonnulli è DD.
more venatorum feras, donec illas capiant, inſectantium, captas ve- 733.
rò parum curantium, receptas à pluribus ſententias novis argumen-
tis impugnare novamqve opinionem ſubinde inducere ſumma ope
nitantur: Id facile illos efficere poſſe ij autumant, cum tanta juris 734.
noſtri amplitudo ſit, vt in eo bos herbam, canis leporem & ciconia
lacertam facile inveniat: *Neviz. in ſylv. nupt. l. 5. n. 12. circa fin.* atq; v-
nius Doctoris ſententiam mox alij magno numero approbent; *c. cum* 735.
*in juventute; §. vnde nos; de purgat. Can.* more avium ad anterioris vo-
latum ſeqventium, aut ovium, primâ præſultante, gregatim proſili- 736.
entium ac pergentium, non, qvà eundum ſit, viâ, ſed qvâ itur; *Senec.
de vit. beat. c. 1. Dec. conſ. 481. n. 12. & conſ. 499. n. 12. Kn. de veſt. pact.
p. 3. c. 1. n. 370. & de S. non provoc. jur. v. jus; c. 5. n. 96.* vbi etiam poſt Ri- 737.
pam notat, in tali concertatione, ſi qvis exclamet adductam à ſe opi-
nionem *communem*, mox alterum *de communiori*, tertium *de communisſi-
ma* gloriari, ſicq; magnum verbum haberi apud DD. ignorantes, ſi
qvis dicat, *hæc eſt communis opinio*, qvâ ſe non minus ac mortales qvon- 738.
dam in fabellâ Ariſtidis communi Mercurio indigere ſtatuunt; *Eraſ.
chil. 2. cent. 1. ad. 85.* Alij verò, qvi ex jure certo jus incertum æſtimant, 739.
non attentâ communi DD. opinione, rectius ſentiunt: qvos magno
numero allegat & ſeqvitur *Nebelcr. dec. 1.* cum non ex multitudine au- 740.
ctorum illud, qvod melius & æqvius eſt, judicari debeat; *l. 1. §. ſed
neq; 6. C. de V. J. E. § 1. in pr. J. de O. J.* vbi judex jubetur, ne aliter judi-
cet qvàm LL. conſtitutionibus aut moribus. Sic in *O. C. J. p. 1. tit. 13.* 741.
judici & adſeſſoribus præſcriptum legitur, ne ex proprio nudoq; ar-
bitrio, ſed ex LL. conſtitutionibus publicis, & probatis conſvetudi-

742. nibus, jus dicant. Ac graviter admodum Dn. Præſ. *in tr. de jur. retorſ.*
*contr. verb. injur. part. 3. θ. 58. l. f.* memorat, ſe à primis juvenilis ætatis
annis, cum ad ſtudium juris ſe contuliſſet, qvoties ſupradictos peſ-
ſimè olentes DD. adverſantium ructus inter legendum obfenderit,
cum horrore & admiratione obſtupuiſſe, nec vnqvam epulas haſce
rancidisſimas, *qvæ falſum, injuſtum & iniqvum in judicando velint vero,*
*juſto & æqvo præferri,* concoqvere potuiſſe, inprimis in foro Chriſtia-
743. norum ejusmodi voces viſas ſibi fuiſſe intolerabiles. *c*] Dubi-
tandi occaſio inde exiſtit; 1. qvod ſolemnitas toties formaliter ad-
hiberi debet, qvoties à lege reqviritur; cum eâ deficiente actus cor-
ruat; *l. ſi veritas; 23. C. de fideicom.* Atqvi extra omnem controverſiam
eſt, qvod æqvè pupillo, qvi judicium accipit, ac alteri pupillo illud e-
denti, tutor auctor fieri teneatur. Qvare vna auctoritas haud ſuffi-
ciet, ſed bis ac diſtinctè tàm actori qvàm reo eam fieri oportebit.
744. 2. qvod ſolemnitas non ab animo dependeat, neq; voluntas alicujus
efficere poſſit vt ſolemne ſit, qvod verè non eſt; *Men. l. 2. præſ. 45. n. 15.*
745. *v. qvæ tamen ſolemnitas;* 3. qvod in qvolibet actu præter voluntatem
agentis facultas etiam & legitimus agendi modus reqviratur; *arg. l.*
*ſi qværamus; 4. qvi teſt. l. 1. de J. C. Petr. de pot. princ. in proœm. n. 5 Colleg.*
746. *JCt Jngolſtad. int. reſp. Cothm. reſp. 7. n. 180. v. 5.* Cumq; is, cui plura ac
diverſa negotia expediunda incumbunt, hanc facultatem minimè
habeat, vt de vnâ fideliâ duos parietes dealbet, eundemq; calceum
omni pedi inducat; ideò etiam tutori, qvi tali in caſu rationem vtri-
usq; mutuò litigantis pupilli habere debet, haud permiſſum erit, vt
vno collyrio vtriusq; oculis mederi ſtudens; *Parth. litig. l. 7. c. 9. n 36.*
747. vno verborum tenore vtriq; ſimul auctor fiat. Verum reſpondetur,
à nullâ lege reqviri, talemve ſolemnitatem præſcribi, ut tutor ejus-
modi in caſu neceſſariò bis, ſive ſeparatim pupillo judicium accipi-
enti, & ſeorſim alteri pupillo illud edenti, auctor fiat. Qvare libero
ejus arbitrio relinqvitur, vtrum conjunctim & vnâ vice vtriq; an
vero peculiariter cuilibet eorum auctoritatem accommodare velit,
in ejusq; animo acqviescendum omnimò eſt; ex qvo liqvet qvo fine
illam interpoſuerit; nempe num ad vnum tantum vel an ad vtrumq;
748. ſpectare debeat. *d*] qvem inter diſcipulos Papiniani, conſiliarios
D. Alexandri, ſicq; Pomponij collegas nonnulli referunt; *Rutil. d. lib.*
*pag. 350. Rival. d. hiſt. l. 5. p. 277.* Hujus ſcripta diſertis verbis D. Juſtinia-

nus præ-

nus prædictis compilatoribus commendavit; *d §. ſed neq; 6. C. de V.*
*J. E.* Inter qvæ etiam qvinq; libri regularum juris fuerunt, ê qvorum 749.
ſecundo reſponſum hoc petitum ſatis arguit, qvod licet collegis mu- 750.
neris publici ſocietas non mediocre vinculum ad animorum con-
junctionem afferat, neq; vlla juſtior neq; gravior cauſa neceſſitu-
dinis reperiri poſſit, qvàm conjunctio ſortis, qvàm provinciæ, qvàm
officij; *Cic. l. 3. epiſt. fam. 4.* adeò vt judex legitimè recuſetur, qvi ad-
verſæ partis collega eſt; *Mayn. l. 1. c. 82.* nihilominus tamen JCto ob 751.
rationum momenta à collegæ ſui opinione liberè recedere liceat. 752.
In legitimâ enim ſcientiâ filius à patre diſſentiens pietatem minimè
lædere videtur; *arg. l. dedi tibi; 3. §. ſed ſi ſervus; 7. de condict. cauſ. dat.* 753.
cū qvamlibet affectionem veritati cedere oporteat; *Kn. de veſt. pact. p. 1.*
*c. 2. n. 33.* e] Pro cujus aſſertione ſeqventes rationes militant; 754.
1. qvod in qvolibet negotio finis, ad qvem id tendit, inſpiciatur;
*l. cum aurum; 19. §. perveniamus; 13. de aur. & arg. Decian. reſp. 4. n. 32.* 755.
*vol 3.* actusq; ſemper reguletur à fine, in qvem dirigitur; *l. ſi is; 63. §. 3.*
*v. nemo enim; de A. R. D. 4. l. verum; 39. in pr. de furt.* Si autem finem hujus 756.
negotij, qvo tutor vnam auctoritatem eo animo interponit, ut ſuffi-
ciat vtriqve pupillo, tàm accipienti qvàm edenti judicium, penitus 757.
contemplemur, facile apparet, cum nullum alium eſſe, qvam hunc,
vt brevi illis manu; *arg. l. licet; 43. §. 1. de J. D.* promtè hoc daret, qvo
ad pertexendam judicij telam carere neqveunt. Tale itaq; negotium
taliſve actus juri minimè adverſatur. II. Actum agere, præſertim in
judicio, maximè inconveniens eſt *VV. Ant. d. tr. concl. 48. n. 157.* omnisq; 758.
invtilis circuitus in eo vitari debet; *Monter. dec. 36. n. 18. Roſenth. d. concl.*
*10. n. 38.* Atſi tutor, qvi ſemel tali animo auctor factus fuit, vt aucto- 759.
ritas ad vtrumq; pupillum pertineret, cogeretur altervtrius nomine
denuò auctor fieri, ſicq; bis auctoritatem interponere, tum eorum
choro accederet, qvi rem actam agere moliuntur. Qvare ſuperflui-
tate hâc minimè gravandus erit. III. Unicus actus vnave ejusdem
ſolemnitas ſufficit, qvoad facta diverſa; ſed tamen ita comparata, vt 760.
vnâ eſſe & ſtare poſſint; ac veluti correſpectiva videantur; *l. patris &*
*filij; 20. de V. & P. S. l. Titiæ; 134. §. 1. de V. O. M. Piſt. conſ. 11. n. 51. vol. 2.*
Atqvi hæc duo facta, nempe vt vnus pupillorum judicium accipiat,
alter vero edat, prædicto modo comparata ſunt. Qvare ijsdem vni-
cus actus ſeu vna auctoritas omninò ſufficit, nempe vt vnâ verborũ
formu-

formulâ, vnâ oratione vtriq; pupillo aut potius litigantibus inter ſe
pupillis auctoritatem tutor præſtet; *Goth. hic lit. b. Dn. Nau. hic n; 1. Ber-
tach in repert. jur. part. 1. tit. auctoritas n. 50.* f. Sed præter hanc, vt
pupillus ritè ſuum peragat, interdum etiam alia reqviruntur. Manu-
761. miſſurus enim facti ſui cauſam apud conſilium ex L. Æl. Sentiâ pro-
bare tenetur; *d. l. 9. § 1. v. hoc amplius h. t. § eadem lege; 4. J. quib. ex cauſ.*
762. *manumitt.* Prædia ſimilesve res pupillorum auctoritate tutorum di-
ſtrahi neqveunt; niſi vt id fieret parentes teſtamento vel codicillis
caverint, æsq; alienum tantum ſit, vt ex rebus cæteris non poſſit ex-
olvi, atqve magiſtratus præviâ cognitione decretum interponat; *l. 1.
l. magis puto; 5. § non paſſim; 9. vbi gl. & § ſi æs alienum; 14 de reb. eor. l.
lex qvæ; 22. C. de A. T. l. minorum; 6 C. de præd. & al. reb. min. d.* R. G. P.
763. *de an. 1548 & de anno 1577 d.* §. Item daß er, adeò ut tutores tale qvippiã
haud demonſtrantes minime ſecuri ſint, etiamſi princeps alienationi
conſentiens eam fieri permittat. *Nebelcr. dec. 7.* Prætori enim non li-
764. berum arbitrium datum diſtrahendi res pupillares, ſed ita demum ſi
æs alienum immineat; *d. § 14. l. æs alienum; 12. C. d. tit.* Atqve ob hoc
765. causâ cognitâ præſidiali decreto alienationem rei pupillaris fieri
poſſe DD. Dioclet. & Maxim. *in l. æs alienum; C. de præd. & al. reb. min.*
766. reſcripſerunt. In C. J. qvoad ejusmodi caſus ſtrictè expendi ſolere,
an hæc qvatuor intervenerint, notat d. Auct. præjud. *tit. pupillus p. 298.*
1. auctoritas tutorum, 2 cognitio cauſæ, 3. decretum judicis, 4.
767 ſubhaſtatio. Præterea ſi bona alienanda magni momenti ſint, tutores
jurare oportet, prout ex ſeqvẽti ſententiâ *9 aug. an. 1575* prolatâ patet:
Auff D. Alexander Reiffſtocks von wegen Herrn H. von E. Graffn zu G. Herrn
zu S. Frawen T. vnd Frawen R. von J. beyder Frawen vnd Wittiben zu S.
als verordneter vnd beſtätigter vormunder vnd vormunderin Herrn E. von J.
Herrn zu S. vorbrachten gewalt vnd ſupplication iſt erkandt: wofern ermelter
Reifſtock in krafft jetztberürtes ſeines gewalts vnd in nahmen benelter vormun-
der vnd vormunderin einen Eyd zu Gott vnd auff das heilige Evangelium ſchwe-
ren wird/ das er angezogenen verkauff vnd verenderung derer güter/ ſo gedach-
tem minderjährigen H. E. von J. zuſtendig nützlicher zuthan ſey denn zuvnterla-
ſen/ das ſie auch die jenige güter/ ſo berürtem minderjährigen H. am weiteſten
entlegen vnd jhm am wenigſten nutzen/ dardurch auch ſeine Stam: oder andere
häuſer nicht entblöſt oder geſchwecht/ jhe nach gelegenheit der Keuffer/ die jhnen
vorſtehen/ biß auff 12. tauſend fl. werth/ verkäufen/ darzu die kauffſumma zu ab-
zahlung der auffgewachſenen penſionen vnd ſchulden/ vnd ſonſten in gemein nütz-
licher anlegen wollen/ denn ſo gedachter minderjähriger Herr E. die berürte güter
vnverkäufft jnnen behielte/ das ſolches gehört werden/ vnd alsdann auff oban-
geregte

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0090

geregte Supplication ferner ergehen ſol/ was recht iſt; *Barth. d. p. 5 p. 92 f.* Alie-
natorum autem ſine juſtis ſolemnibus immobilium pupilli reſtitutio 768.
ſine clauſulâ præcipi poteſt; *d. Auct. Præjud. tit. alienatio, p. 12.* Diſſ.
*Geil. l. 2. O. 1. n. 18 Berl. dec. 149. n. 12. qvi putant ejusmodi alienationem non* 769.
*planè nullam ſed duntaxat imperfectam eſſe.* Si bona alienanda ſub aliâ ju-
risdictione ſita ſint, alibi vero pupillus degat, domicilij magiſtratui 770.
convenit decretum interponere; *d. l. 5. §. illud qværi; 12.* cum tutor ad
vniverſum patrimonium datus credatur; *l. certarum; 12. l. propter li-* 771.
*tem; 21. § licet: 2. de excuſ. §. datus; 17. J. eod. Br. in l. legitimus; n. 2. de le-
git. tut. Geil. l. 2. O. 123 n. 6. Thilm. de Benign. in apoſpaſm. prodrom. dec. 5.
vot. 8. n. 17. Marta de jurid. p. 4. cent. 2. caſ. 148. n. 10.* niſi ob contradi-
ctoris factum per miniſtros judicis immisſionem fieri oporteat. Tum 772.
ſiqvidem & magiſtratus, ſub cujus jurisdictione bona ſita ſunt, juſ-
ſus reqviri debet; *Br. d. loc. arg l. cum vnus; 12. §. 1. de reb. auct. jud.* Sed
& ad domicilij magiſtratum ſpectat confirmatio tutorum alij etiam 773.
jurisdictioni ſubjectorum; *Cothm. reſp. Acad. 23 n. 19. & n. 53.* vbi ap-
probatoriæ JCtorum Francofurtenſium ad Viadrum & Lipſienſium
ſententiæ referuntur. Nec obſtat § *ſed hoc jure vtimur; 4. J. de Atil. tut.* 774.
Qvemadmodum enim hoc verum manet, qvod regulariter magi-
ſtratus, ſecundum ſuam jurisdictionem, tutores dent: ita qvoq; rectè
ſtatuitur, qvod ſupra jurisdictionem ſuam haud jus dicat, qvi foren-
ſem pupillo ſub ſuâ jurisdictione degenti tutorem teſtamento vel le-
ge datum confirmat. Confirmatio enim ab ipsâ conſtitutione dif- 775.
fert; *l. & qvia; 6. & ibi gl. lit. u. v. dic ergo; de jurid.* Imò etiam non
municeps tutor dari poteſt, dummodò municipi detur; *l. etiam; 10. de* 776.
*tut.* atq; magiſtratum municipalem collegam ſuum, in qvem tan-
qvam parem nihil imperij habet, tutorem dare poſſe non eſt dubiū;
*l. vbi; 19. de tut. & cur. dat.* Qvos textus expendit atq; cum allegato 777.
§. conciliat Bachov. *d. θ. 4. lit. f.* Rectè qvoq; *ad. l. vn. C. vb. pet. tut.*
Gothofr. *l. X.* notat, ſi pupillus in vnâ ciuitate originem, in aliâ do- 778.
micilium, in aliâ patrimonium habeat, domicilij, à patre vltrò electi,
non fortuitò delati, magiſtratum præferri judici originis; multò ma-
gis patrimonij, adminiſtrationemq; tutoris à prædicto magiſtratu
dati ad omnia bona extendi, & tamen à rerum pupillarium judici-
bus curatores bonis rectè dari, vt qvot judices illarum fuerint, toti-
dem curatores posſint conſtitui. Atq; ita ad curatores diſpoſitionē

779. *l. pupillo; 27. in pr. de tut. & cur.* nec non *d. l. propter litem*; refert. Indeqſ
etiã nonnulli eo caſu, qvo curatores bonis dati ſunt, vtriusq; magi-
780. ſtratus decretũ reqvirendũ & interponendum eſſe arbitrantur; *Coth. d. reſp. 13. n. 4. arg. d. l. Juris peritos; 30. §. cum oriundus; 1. de excuſ. d. l. ſi præ-*
781. *dium; 16. C. de præd.* Talibus autẽ curatoribus inſtructo pupillo ad ea,
qvæ ſolemnitatẽ juris deſiderant, explicanda nihilominus tutore au-
ctore opus eſt; *l. curatorem; 19. h. t. l. vlt. in fin. C. de in lit. dand. tut.* ve-
782. luti ad hereditatis aditionem; *l. cum in vna; 17. in fin. de appell.* Sed &
bonis pupilli per plura loca diſperſis, nonnunqvam tutor vniverſo
alicujus loci patrimonio datur; veluti rei Syriacæ vel Africanæ, qva-
ſi adminiſtratio tutelæ eſſet diverſa; *l. ſi tamen; 15. de teſtam. tut. l. in-
ter tutores; 36. de A. & P. T. l. 2. C. de per. tut. l. fin. C. ſi ex plur. tut.* Por-
783. rò nec ſolâ tutoris auctoritate immobilia pupilli, ſine decreto, hypo-
thecæ ſubijci poſſunt; *l. ſi pupillorum; 7. §. ſi prætor; 3. & §. ſi obligavit; 5. de reb. eor. qvi ſub tut. l. pen. C. de his qvi ven. l. fin. C. de reb. al. non alien. d.*
784. *§.* Item daß er; *ibi,* verpfänden. Idq; adeò verum eſt, vt etiam prædium
à pupillo emtum hypothecæ ſupponi neqveat, donec precium ſol-
vatur, niſi illud aut fiſci aut alius pupilli nomine venditum fuerit;
*l. 1. §. fin. l. 2. & l. ſequ. de reb. eor. qvi ſub tut. Gut. d. tr. p. 2. c. 5. n. 36. Trent. l. 2. reſ. 9. de min. n. 7. Rauchb. p. 1. qu. 6. n. 22. 23. 24. & ſeqq.* Fini-
785. tâ tutelâ ſi de eo concertetur, ecqvid alienationi rerum pupillarium
ſolemnia adhibita fuerint, haud raro qværi ſolet, vter litigantium
probare teneatur res illas legitimè vel minus alienatas fuiſſe? Re-
786. gulariter actori rem ſine ſolemnitatibus venditã fuiſſe contendenti
probationem incumbere defendit Scult. *qu. 17. n. 8. & ſeqq.* At ſi li-
788. bellus ita conceptus ſit, vt reum ſive emtorem defenſione ſuî alie-
nationẽ juſtè factam fuiſſe docere oporteat; tum huic probationem
ſolemnium injungendam eſſe cenſet Schef. *d. l. 3. qu. 21. n. 5.* præſer-
tim, cum JC. Cajus expreſsè reſponderit eum, qvi à pupillo emit,
probare debere, tutore auctore ac lege non prohibente ſe emiſſe;
*l. quæcunq; 13. §. 2. de P. in rem act. Heig. part. prior. qu. 34. n. 22.* Qvoties
789. item minor in integrum reſtituitur, emtor, creditor vel alius, qvi cum
eo contraxit, ſolutum precium vel datam pecuniam aliter haud re-
cuperat, qvam ſi probet eam in minoris vtilitatem verſam fuiſſe:
*arg. l. quod ſi minor; 25. §. reſtitutio; 3. de minor. l. ſine herede; 37. §. inter-
poſito; 4. de A. & P. T. l. prædiorum; 10. l. ſi prædium; 16. C. de præd. & al. reb. min.*

reb. min. Mayn. l. 3. c. 32. n. 1. niſi decretum magiſtratus intervenerit.
Tum enim parcendum eſt emtori, qvi credidit decreto; l. minor. 32. in 790.
fin. de minor. & ipſi minori hoc caſu incumbit onus probandi, qvi di-
cit obreptum fuiſſe prætori; d. l. 5. §. pen. de reb. eor. Fab. d. l. 5. C. tit. 37.
def. 2. n. 4. De eo aliqvando litigatum fuit, an arra reſtituenda eſſet
emtori, qvi re penitius deliberatâ ſe fundum â minore, niſi ſolemni- 791.
tates prædictæ adhiberentur, efficaciter emere haud poſſe deprehen-
dens venditori cautionem offerenti, qvod major factus alienationē
ratam & gratam habiturus eſſet, reliqvum precij exſolvere nolue-
rat. Atq; pro illo, qvod contractum, niſi ſolemnia intervenerint,
haud perficere teneretur; ſed arra ei omnimodo reſtituenda eſſet,
ſuprema curia Toloſ. 7. Julij an. 1569. pronunciavit; Mayn. l. 6. c. 41. &
l. 7. c. 56. Haud qvoq; ſat tutus eſt, qvi tutore auctore cum pupillo
ita tranſigit, vt rem aliqvam ejus immobilem nanciſcatur. Hæc 792.
enim translatio, qvâ res illa pupillo abeſſe, alteri verò adeſſe incipit,
alienatio eſt pupilli patrimonium deminuens; l. qvod autem; 6. in pr.
qvæ in fraud. cred. l. alienationis; 28. in pr. ubi Gödd. de V. S. l. 1. C. de fund. dot.
l. fin. C. de reb. al. non alien. Omnis autem transactio deminuendi cau- 793.
sâ inita tutoribus interdicitur; l. Lucius; 46. in fin. de A. & P. T. l. præ-
ſes; 12. C. de transact. Everh. jun. conſ. 33. n. 89. vol. 2. Gödd. conſil. Marp. 26.
n. 227. vol. 1. Thilm. de Benign. in apoſpaſm. ſyndr. pentec. 4. O. 33. n. 3. ideòq;
tali in caſu magiſtratus decretum reqviritur; l. non ſolum; 4. C. de præd. 794.
& al. reb. min. Men. de A. J. Q. l. 2. cent. 2. caſ. 171. n. 40. Gutier. d. tr. c. 7.
n. 13. Geil. 2. O. 72. n. 3. Cothm. reſp. 27. n. 31. vol. 3. & qvidem indiſtinctè, 795.
ſive illam ipſemet pupillus poſſederit, ſive litem movens detinuerit;
arg. l. cum hi; 8. §. ſi cum lis; 20. de transact. Tiraqu. de retraict. lignag. §. 1.
gl. 14. n. 70. Schrad. conſ. 1. n. 93. v. præterea; vol. 1. Fab. d. tit. 37. n. 3. Fir-
miter autem non deminuendi ſed decidendi cauſâ; l. mandato; 60. de
procur. absq; decreto etiam tutor ita tranſigit, vt res aliqvo dato pe-
nes pupillum remaneat aut in ejus poteſtatem redigatur, ſicq; ejus
conditio melior fiat; l. interdum; 56. §. qui tutelam; 4. de furt. gl. in l. nul-
li; 13. lit. O. de transact. Molin. de Hiſp. primog. l. 4. c. 9. n. 27. Peguer. dec. 144.
n. 2. Dn. Frantz. de laudem. c. 21. n. 10. At res pupilli neq; donare neqve 797.
huic donanti auctoritatem efficaciter accommodare poteſt; l. tutor;
22. d. l. Lucius; 46. §. fin. de A. & P. T. l. 1. §. 1. de tut. & rat. diſt. l. 2. §. in
aliis; C. ſi adverſ. don. l. non omni; 16. C. de A. T. Pruckman conſ. 42. n. 35.

*Treutl. conſ. 37. n. 74. vol. 1. Mareſcot. d. l. 2. c. 93. n. 7. Thoming. conſ. 21. n. 96. vol. 1.* niſi ſolemnia munera mittantur vel pupillus conſtitutus ſit in
798. dignitate, ob cujus conſervationem donetur; *l. cum plures; 12. §. cum tutor; 3. & l. ſequ. in pr. de A. & P. T. c. 1. de donat. Geil. d. O. n. 8. Bertrand. conſ. 80. n. 1. vol. 3 part. poſt. Chriſtinæ dec. 301. n. 93. vol 1. Thilm. de Benign.*
799. *in apoſpaſm. ſyndr. vot. 8. n. 34.* Pupilli qvoq; nomine tutor regulariter compromittere neqvit, niſi cum judicis decreto; *Blanc. in tr. de compr. qu. 3 princ. n. 39. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 2. caſ. 171. n. 43. Trent. l. 2.*
800. *reſ. 6. n. 2.* Neq; auctoritas tutoris ſufficit, vt legatum pupillo relictum vel hereditas ei delata repudietur, ſed præterea vtroq; caſu comprobatio magiſtratus neceſſaria eſt; *d. l. magis puto; 5. §. fundum 8. l. defendente; 21. h. t. d. P. O. E. d. tit. 15. art. 11. §. würden ſie nun befinden; Mart. in tract. de jurisd. part. 4. cent. 1. caſ. 4. n. 9.* Idemq; in omnibus alijs cauſis, qvæ prætoris decretum deſiderant, dicendum videtur; *Mejer. d. tit. 8. θ. 12. in fin.* Hisqve pro explanatione hujus reſponſi ἐν πλάτει ita prolatis, ac fine hujus diſſertationis jam facto; devotè cantatur.

**Δ. T. Θ.**

CAR-

# CARMINA GRATULATORIA
# RESPONDENTI
# CONSECRATA.

## I.

Hocce ſtatu rerum truce dum Germanica pubes
Martia, neglectis Artibus, arva colit:
dum clupei huic, harpæ, ſcloppi, catapulta, machæra:
illi balliſtæ, pelta, veruta placent:
tu contra calamos, philyras, BRUCNERE, libellos,
cum tabulisq; Theſes, organa blanda, moves.
Qvid? num, qvo ſua qvemqve trahit vagabunda voluptas,
pulcrum hoc cuiq; ſuum, qvod ſeqvier liceat?
Non dicam: tamen hoc, melior ſententia mentis
BRUCNERI, dico, qvod ſedeat Genio.
Mars, aclides, parmæ, criſtæ, lorica valete!
Tu Lex, tu Codex, Muſaq; paxq; redi!

Henningus Rennemanus D.
Diſcipulo cariſſ. gratulatur.

## I I.

Iſt es euch wohl recht vnd gut/ daß man zu dieſer zeit/
Sehr ſcharff adminiſtrire, Recht vnd gerechtigkeit?
Iſts auch wol recht g'than/ daß man mit allem fleiße/
Der frommen nehme war/ böſe ab'r abweiſe?
Mit ſcharffer ſchwerer ſtraff/ damit jhr böſe ſinne/
Nicht jrgend was ärgers/ vnd vbelers beginnen/
Ich halt es wol darfür/ vnd ſag es ohne ſchertz/
Daß es gar recht vnd gut/ auch zumal nützlich ſey/
Denn dencke doch jederman/ vnd nem' es wol in acht/
Vnd auch zugleich nebn dieſem/ der Weltlauff itzt betracht/
Wie würd es doch hergehn/ je was für plackerey/
Wucher/raub/mord/todtſchlag/Ehbruch vnd hurerey/

Würde im ſchwange gehen/ Wann nicht zu dieſer Zeit/
Man hette vnd brauchen könde/ die ſtreng gerechtigkeit:
Die Gott der allerhöchſt/ nach ſeinem weiſen rath/
In die liebe Natur ſelbſt eingepflantzet hat.
Drumb wer ſich nun befleißet/ dieſelbe zu ſtudirn/
Vnd ſeine gantze zeit/ darinn zu conſumiren,
Deſſelben propoſitum, iſt ſehr gut vnd recht/
Nützlich iſts einem jedem/ dem Herren als dem Knecht/

In dieſer Facultet, wil ſich nun jtzo vben/
Herr Brückner frewdiglich/ deme ſie thut belieben/
Die allerſchönſte Pallas, ſie liebt jhn alſo ſehr/
Daß er faſt tag vnd nacht/ für jhr kein ruh hat mehr.

Nun recht es iſt gar gut/ O jhr juſtitien freund.
Fahret nur beſtändig fort/ mit trewen ſie euch meint/
Sie wirds euch ſchon belohnn/ ſie wird auch einmal ſtätt/
Euch geben würdigkeit/ vnd groß Auctoritet,
Sie wird euch dermal ſetzen/ den Fürſten an die ſeit/
Daß jhr jhn ſollet helffen/ regieren Land vnd Leut/
Gewiß wird es geſchehn/ hierinn wird ſie nicht ſchertzn/
Vnd dz es auch geſcheh/ dz wündſch ich euch von hertzn.

Gratulabundus obtulit
& appoſuit.
Erneſtus Lothus à Miltitz/
Eqves Thuringus.

# III.

PEctoris eſt eqvidem fortis dare corpora ferro
Obvia: pro patriis ſumere tela focis:
Prendere Amazonidum peltas, Agamemnonis haſtam;
Et Martis duras ſuſtinuiſſe vices;
Nil curare tetras ſtrages, enſesq; coruſcos,
Sulphure fumantes nil metuiſſe globos:

Intre-

Intrepido armicrepos hoſtes proſternere pugno:
Crebrius Herculeâ ferre trophæa manu;
Aſt qvia nec ſemper, nec ubivis qvisq; Brabeutes,
Sit qvamvis Hector, robore & arte, potens.
Fulgidulo pugnax alium modo qvi ferit, enſe,
Cuſpide vulnus alens, cum ſubitò ipſe cadat:
Qvi modo conſpicuus numeroſo milite cinctus
Jam jaceat: Victus, ſit modò victor atrox.

Eſſe reor ſatius, majoraq; dona mereri,
Si qvis ſe Clariis datq; dicatq; choris.
Agmine ſi fretus non Martis at Artis, opimis
Theſpiadum in caſtris digna trophæa gerit.
Scilicet hinc nomen venit immortale: ſacratum
Hinc vivax pandit Fama decoris iter.

Ergo non tantum ſtudiis, BRÜCNERE ſuavis,
Qvod dederis vitæ tempora verna tuæ:
Sed qvoq; jam peragas comitatus Apolline Phœbo
Qvæ ſtudiiq; tui, qvæq; Themiſtos erant,
Et legum nodos, imas & Juris abyſſos
Luce bees facili, diſſoluisq; benè,
Nomine dignus eras, veluti Marpeſia cautes
Qvod duret, nitido fulgeat inq; cedro.
Nec deerit; ſolùm tu perge, ſagaxq; probandas
Exere judicij dexterioris opes.
Donec erunt Vates, veterum & monumenta virorum,
Non erit ingenij gloria ſurda tui.
Dum Themis alma foret: certe tua nuncia fama
Nominis implebit Solis utramq; domum.
Macte iſtis pugnis, BRÜCNERE polite, celebris
Hoc tandem Themico pulvere victor eris.

*Sic BRÜCNERO ſuo candido candidè fovebat.*

Johannes Möller/ L. L. S.

## IV.

Melpomene grande Deeſſe du ſçauoir,
par diſpute, Brücner, vous fait aſſauoir,
qve maintenant ſ'eſt fait vn mont noueau,
où les Muſes ſont comme en parnaſſe tres-beau:
Courrez, & verrez an compas de ſa bouche,
que tout y va par ordre, & bonne touche;
Voſtre memoire renouuelle ſon eſtude,
& met en hault degrè voſtre beatitude.

Guerard François.

## V.

Πρῶτος ἀναστάσιμον ΒΡΥΚΝΗΡΕ ἔχεις διὰ ὑμὴν
Ἐξετάσει γλυκερῆς πατρίδος ἠνὶ σχολήν!
Ενθεν ἀναστήσει σοι ἀείμνηστον κλέος, ἔστη
Ἠδὲ μέγας πωλλῶν κείμενος ἐν στόμασιν.
Μνᾶται ἔπη γὰρ ἀναστασίμοιο σχολῆς, ἅμα κἀκεῖ
μνήμη ΒΡΥΚΝΗΡΟΥ ἔσσεται ἐν κλέει.
Τούτου συγχαίρω σοι, ἐπευχόμενος βασιλῆϊ
Οὐρανίῳ ἔργοις σεῖο δότω χάριτα!

Amico ſuo luce & oculis cariori hocce
ἐπίχαρμα appoſuit.

Conradus Th. Brandt.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0099

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818765934/phys_0100

EXERCITATIO

*De*

# …PATHIA NA-
# …TIONUM

Moderatore

*VIRO*

*…llentiſſimo & Clariſſimo*

**…STIAN - FRIDERICO**

…L.&Hiſt.Prof.Publ.Collegii Major.
…legiato, Alumnorum Electoralium In-
… Academiæ Decem Viro, Præceptore
… Fautore ætatem colendo

publice propoſita

â

…IOFREDO **Kretſchmarn.**

A & R.

*Ad diem IV: Eiduum April.*

*M. DC. LXI.*

*H. L. Q. C.*

---

LIPSIÆ,
Typis BAUERIANIS.